BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6Y
19 G 49

Digitized by Google

Baſilij Zanchij

BERGOMATIS

POEMATVM LI-
BRI VIII.

LAVRENTII GAM-
BARAE BRIXIANI POE
MATVM LIBRI
III.

BASILEAE, PER [redacted]

6.19.9.49

PETRVS BEMBVS
BASILIO ZANCHIO
S. P. D.

LIBRI tui de Sophiæ horto, heroicis uerſibus duo, quos ad me amantiſsimè ſcriptos miſiſti: ualde me delectarunt. Vniuerſam enim ferè noſtrorum hominum Theologiam breuibus ſententijs complexi, ornatè, grauiterq́ (quod erat unum omnium difficillimũ) ijs de rebus loquũtur, quæ profectò ſoluta oratio poſſe capere, ita ut legentes delectaret, & ſe in dignitate cõtineret, uix ægreq́ mihi quidẽ uidebatur. Itaque tuorũ carminũ præſtantiã feci, uti debui, plurimi. Amoris præterea erga me tui locupletiſsimi teſtes ſunt, ueteriſq́ noſtræ beneuolentię: ut nihil mihi abs te gratius, nihil omnino iucundius potuerit proficiſci. Quare non ſolùm plurimas tibi de eo gratias habeo: ſed etiã gratulor, quòd ad poetices ſtudia, quæ

quidem poſtea quàm Poemata tua ſub Petreij nomine edidiſti, nunquã attigiſti, atque ad Muſas delicatiores illas tuas, tanquam poſtliminio rediens, læto ab illis uultu ſuſceptus fueris: nihilꝗ; ibi, tam diu ſpretas ſe abs te fuiſſe, ſuccenſuerint. Itaꝗ; erit humanitatis tuę, ſi te interdum poſthac ad ſuos, ut erãt ſolitæ, numeros inuitabunt, præſtô illis eſſe: quando præſertim magno mehercule cũ fœnore, tuiꝗ; nominis gloria, tuam illis operam nauare te intelligis. Vale. Quarto Id. Nouembres, M D X L. De Vaticano.

BASILII ZANCHII
POEMATVM LIBER PRIMVS.

DE HORTO SOPHIAE
Liber prior.

AD PETRVM BEMBVM CARD.

QVæ Superis mentem inſpirans mortalia corda
Illuſtras, lux uera hominũ, lux uera Deorum,
Tu patris æterni Sophia, tu Flamine ſancto
Aſpira: propiorq́; animum, uiresq́; miniſtra:
Te canimus, ſedesq́; tuas, ſedesq́; tuorum.
Tuq́; adeò decus Auſoniæ, ſanctiq́; Senatus
Præſidium, quem purpureo diademate ſacros
Intectum crines, totis pater Adria circum
Littoribus, totisq́; ſonat uetus Albula ripis:
Huc ades, & Sophiæ mecum ſpaciare per Hortum
Bembe pater: ſic te dulci requieſcere in umbra
Felicis Horti, & ſuauis decerpere fœtus,
Inſignemq́; tibi uideam texiſſe coronam.
Vt quondam emenſo pelagi intractabilis æſtu
Exultans nauta, & puppi ſpeculatus ab alta

 Vici-

Vicinam læto terram clamore ſalutat:
Atq; ubi iam patriam, portusq; intrauit amicos,
Præteritos narrare iuuat per ſingula caſus:
Antè tamen uarijs puppim circundare ſertis,
Emeritam puppim nouit, quæ gurgite in alto
Aequoream uicit rabiem, uotisq; potita
Appulit errantem patriæ in confinia nautam:
Sic ego poſt uarios terræq; marisq; labores,
Laurea ſeruata connectens ſerta carinæ,
Lætitia exulto: cum te pulcherrime rerum,
Quem Sophia æternùmq; colit, firmatq;, fouetq;,
Horte adij: ſubijtq; tuos iam tuta receptus
Claſsis, & optatam ualuit contingere metam.
O`mihi tantorum requies finisq; laborum,
Veraq; pax animi, & mentis ſincera uoluptas,
Heſperidum tibi aſſurgant fulgentia mala,
Et tibi Phæacis cedant pomaria regis:
Cedant & Cyri dites, & Adonidis horti:
Nec tibi Cecropio certet Gargettius horto.
Haud ſecus Hebrææ caput & noua gloria gentis,
Poſt domitos bello Reges, uictriciaq; arma,
Vt primùm Solymos fines, ubi lacteus humor
Profluit, & dulci diſtillant nectare quercus,
Promiſsam calcauit humum, promiſsaq; regna
Obtinuit: lætus tandem felicia culta
Sorte dedit, lætus meritos ſacrauit honores.

Quip-

Quippe decem uix dum luſtris labentibus annos
Paruulus expleram, cum me pater altus inertem
Admonuit ſuetas poſt terga relinquere ſedes,
Finibus Italiæ extremis quà clara potensq́;
Vrbs impoſta iugo liquidas deſpectat in undas:
Quà pater aurato ſtringit loca pinguia cornu
Serrius, & riguo præterfluit arua meatu:
Et procul à dulci patria, laribusq́; paternis,
Per uada, per ſcopulos, externa inuiſere regna.
Ac primò tetigi, Tyrrhenum euectus in æquor,
Quæ loca gemmatis habitant Acheloides alis.
Quarum etiam illectus ſtudijs, atq; arte canendi,
Noctes atq; dies ipſarum carmina, & ipſas
Mirabar tacitus: demum aſſuetudine longa
Paulatim molles irrepſit flamma medullas.
Et iam ſigniferum Phœbus duodena per orbem
Aſtra peragrarat, quino permenſus ab ortu,
Quãdo ego cultor adhuc domibus uerſabar in iſtis.
Quóque magis fueram blandè ſuſceptus amator,
Hoc magis urebar: totisq́; incendia uenis,
Ah nimium incautus, ſemper grauiora fouebam.
Quum tamen hinc demũ furtim diſcedere uellem,
Non potui celare fugam: quin limine in ipſo
Vna mihi ante alias uirgo dilecta ſorores,
Parthenope implicuit dulci circundata collo
Brachia, meq́; amẽs properantẽ hac uoce morata eſt,

Demittẽs lacrymas, uiridesq́ abciſſa capillos. (træ?
Quò fugis ah fallax? hæc ne eſt data dextera dex-
Hæc ne eſt pacta fides? ſic me periure relinquis?
Nec te noſter amor, nẽc te communia tangunt
Hoſpitia? O cuperẽ, nunquã hoc ut littus adiſſes.
At memini infelix, canerem cum rupe ſub alta,
Quà Paphiæ dilecta deæ lætiſſima myrtus
Oſtentatq́ comas, longosq́ in flumina ramos
Explicat, irriguo ſubterlabentia curſu:
At memini infelix, mihi tu iurare ſolebas.
Hæc uicina prius ſubiectum ſaxa per æquor
Innabunt: prius hæ neglecto more fluentes,
In fontem labentur aquæ: quàm grata peroſus
Otia, de ueſtris auſim decedere tectis.
Hæc, & plura mihi modulãs pulcherrima Siren,
Crebraq́ per uarios iterans ſuſpiria queſtus,
Dixerat: & lachrymis languebat mœſta profuſis:
Et ſua uicinæ narrans diſpendia ſyluæ,
Dulcia flebilibus modulatur carmina neruis.
Quam circum doctæ ſiſtunt de more ſorores,
Exceptosq́ iterant numeros: nemus omne reſultat,
Fluminaq́ auditas referunt miſerata querelas.
Has tamen illecebras, atq́ hæc retinacula, & iſtas
Sirenes tandem effugi: rurſusq́ per undas
Exul agor, ſpaciumq́ ingens iam menſus abibam:
Quum procul è pelago Vulcania cernitur Aetna,
Aetna

Aetna repercuſsis longè exaudita cauernis,
Aetna grauem Enceladi flammis teſtata ruinam.
Heu ſors dura hominum, per tot diſcrimina, per tot
Horrentis pelagi ſcopulos agitanda periclis.
Namq; uiæ ignarus diras diuertor in oras,
Quà ferus ingenti recubans Polyphemus in antro,
Ebibit humanam ſaniem, dapibusq; cruentis
Veſcitur: & ſtimulante fame inſatiabile guttur,
Sanguineis uiuos deguſtat dentibus artus.
Ille ubi me infames ſenſit contingere ripas,
Aduocat horrendos fratres: clamoribus Aetna
Mugijt, & piceam uomuit tremefacta fauillam.
At ſubitò acciti ſyluis Cyclopes ab altis
Præſtò adſunt, uerſusq; ratem ſine more furentes
Terrifico ingreſſu ueſtigia longa mouebant.
Ipſe autem trepidus Diuis in uota uocatis,
Accelero inde fugam. nautæ ſolito ordine remos
Corripuere ſuos: aſt ipſe ingentia monſtra
Iamq; nihil metuens, puppi ſpeculabar ab alta.
Quum ſubitò exurgens pluuio Notus ater ab axe,
Impulit incautum iuxta Scyllam atq; Charybdim:
Monſtra maris magni, & pandis nõ æqua carinis.
Hei mihi, continuò latratibus omnia circum
Complentur, uideoq; canes aſtare marinos.
Eripui me me: ſed cum iam tutior irem,
Et mecum exactas uerſarem mente procellas,

Sæuior incubuit rabies, pelagoq́ refuſo
Turbida me Libycis tempeſtas appulit oris.
Quóq; magis dura infelix ſtatione dolerem,
In breuia & Syrtes ueni, loca peßima Syrtes,
Semper inacceſſas Syrtes. Ibi plurimus Auſter
Egreßum multo compleuit puluere pontum.
Nec minus interea fundo commotus ab imo
Confeſtim incumbens denſarum campus aquarum
Confudit bibulas terræ ſitientis arenas.
Sicq́; reluctantes commoto gurgite uenti
Nubibus inuoluunt cœlum: miſerabile uiſu.
Pars ſedet una ratis terra, pars altera duram
Perpetitur pelagi molem. demùm improba ceßit
Diluuies, latumq́; maris tranſgreßa receßum,
Torpentem Tritonis adit mea cymba paludem.
Nõ procul hinc templũ, quod corniger accolit Am
Inculti Garamãtes habent, ubi ſola uirẽtes (mon,
Sylua gerit ramos: loca cætera feruor adurens,
Non patitur teneras radicem affigere plantas.
Quò poſtquã ingreſſus ueni, uideo omnia circum
Scintillare uagis incenſa altaria flammis.
Suſpiciensq́; altè media teſtudine clarum
Admirabar opus, quod quondam Mulciber ipſe
Fecerat, inq́; ſui obtulerat delubra parentis.
Hic primò aſtabat rerum Natura creatrix,
Materiamq́; rudem uarijs componere formis

Norat,

Norat, & ipſa illas ex ſe imperfecta petebat.
Hic terras, tractusq; maris, Neptunia regna
Finxerat, & uarios cœli ſeptemplicis orbes.
Abſtruſas etiam rerum producere cauſas
Sub lucem conatus erat, & fingere in auro.
Hinc me digreßum centenis urbibus ingens
Excipit Ionio circumuallata profundo
Creta, Iouis nutrix, atq; immortale ſepulchrum.
Hinc Cnoſon, Lyctonq; ſimul, Minoia regna
Aſpicio, & medijs fulgentes Cycladas undis.
Hinc etiam Idæi ſacrata cacumina montis
Apparent, caſtamq; colens Dictynna Dianam.
Inde alto inuectus pelago properante carina,
Proſpicio umbroſis uiridißima littora myrtis,
Littoraq; & Paphias candenti è marmore turres,
Idaliumq; nemus, grauidãq; Amathunta metallis:
Hæ ſedes Erycina tibi, Dea nata profundo,
Hæc Cypros, Salamisq;. hic me circunſtetit omnis
Humida gens ponti, Phorcusq;, & maxima Cete,
Tritonesq; uagi, atq; extrema Anthedone Glaucus
Euboicas linquens ſedes. hic Tethyos undis
Deceptos longum illachymans deflebat amores.
Quẽ prope nympharũ chorus, Oceanitides omnes
Aſtabant: una ex illis miſerata furentem,
Dum cupit inſanos uerbis lenire furores,
Semiferi in faciem uultus defixa nitentes,

Hauſit

Hauſit Acidalium traiecta per oſſa calorem.
Has inter uarias facies, atq; agmina circum,
Tris luces, totidemq; ſimul ſine ſidere noctes
Errani: laxansq; citis mea carbaſa uentis,
Poſt longos flexus, errataq; cærula ponti,
Phœniſſas tandem gentes, Chaldæaq; regna
Afferor, & Syriæ felices germine campos:
Quà Tigris celeri curſu rapidiſſimus, & quà
Euphrates latè pelago ſocia agmina iungunt.
Hinc ego naue leui nitens, exinde per altum
Deuehor Euphratem: donec placidiſſima tellus
Occurrit: triplici tandem ſe attollere tractu
Viſa mihi tellus. feſſam hic ſubducere puppim
Stat mihi, & optato tandem ſuccedere portu:
Hic labor extremus. Tum me ſpectare putabam
Felices illos ſaltus, ſedesq; beatas
Fortunatorum nemorum, quæ priſca Vetuſtas
Extulit, & celebri perduxit ad æthera cantu.
Quid primũ mediúm ue canã? quo carmine laudes
Expediam Terra alma tuas, & amœna uireta,
Ingeniumq; ſitumq; loci, cœtusq; piorum?
Eſt felix regio, & liquidi plaga lucida cœli,
Quà Titan radijs lucem uehit, & face prima
Aethiopum populos, & rubræ Tethyos undas
Inficit. Hic roſeo ſemper nitidiſſimus ortu
Oſtentat ſeſe, & ſublimi uertice ſumma

Aſtra

Aſtra ferit cælo & terra ſpectabilis Hortus.
Hunc omnes cælo geniti, ac uitalibus undis,
Queis ſacræ leges, diuinaq; nomina cordi,
Contendunt petere, & dulces uertuntur ad oras.
Pars pedibus terras carpit, pars arduus alto
Inuehitur curru, pars remis cærula pulſant.
Hic aliæ ſuper atq; aliæ fulgentibus hærent
Parietibus ſcalæ, atq; ingentia limina tangunt:
Ingentes ſcalæ, gradibusq; ad limina centum
Deducunt. Muri immanes, & Iaſpide fulua
Extructi, liquido conſtant auro, atq; argento.
Ipſa autem Eois circum uariata lapillis
Fundamenta iacent, ſolidoq; Adamante reſidunt.
Interior ſecto diſtinctus limite quadrat
Biſſena amplexus ſtadia aſpectabilis Hortus.
Quattuor huic bifores pandūtur ad æthera portæ:
Veſtibulumq; ipſum, & gemmantia limina lucēt.
Altera candentis reſpectat lumina Phœbi
Porta auguſta, ingens, & Iaſpide clara nitenti.
Hinc micat extremo lectus Carbunculus Indo:
Hinc radiat Medis latè Saphirus ab oris.
Altera quæ gelidam ſeſe conuertit ad Arcton,
Reſplendet longè uiridi cum luce Smaragdo,
Sardonycheq; nitet, cognato & nomine Sarda.
Tertia ſed medio quæ limina ſole tepeſcunt,
Aurea Chryſolithi colluſtrant lumina, & aureo
Ful-

Fulgore inſignis rubra Beryllus ab unda:
Nec non & uiridis collucet gemma Topazi.
Vltima fumantes ſpectat quæ ianua currus
Phœbe tuos, quum iam Thetys grandæua cadentẽ
Excipit, & uitreis feſſum complectitur ulnis,
Chryſopraſo ſplendet, & cyaneo Hyacintho:
Armenijsq́ rubet, & purpureis Amethyſtis.
Has nulli claudunt uectes, nec ferrea firmant
Robora: nec cuſtos adſiſtit limine Ianus.
Has portas Pax alma colit, Pax candida ſeruat,
Atq; ita uociferans ſupremo in limine fatur:
Eſte procul uiles animæ, procul eſte profani:
Ite procul, fœdumq́ ſacro de limine greſſum
Tollite, & impuros procul hinc auertite uultus.
Ipſæ autem bifores portis bipatentibus aſtant
Ingentes ualuæ, Tyrio quas murice tinctum
Veſtit ebur, candent Libyco circum omnia dente.
Illic docta manus cœleſti numine ducta
Immortale opus, & ſummi decora alta parentis
Fecerat, & uario diſcreuerat argumento.
In foribus portæ nitidos uergentis ad ortus,
Hic primùm è nihilo cœlum terramq́ crearat
Omnipotens pater, & mundi genitalis origo.
Hæc ſuper immenſi, & nunquam uariãtis Olympi
Addiderat ſpacia, atq; æterni luminis oras,
Fulgentesq́ domos ſuperûm, cœleſtia templa.

Ima

Ima autem pelagi circum fluitantibus undis
Squalebat tellus, gremiumq́ gerebat inane.
Ipſa etiam undantis pelagi ſine luce uorago
Horrebat tenebris ſuper, & caligine cæca,
Et ſuper obſcuras uolitabat Spiritus undas.
Ecce autem Patris imperio, qui cuncta gubernat,
In tenebris Lux alma data eſt: fulſere repentè
Et maria & terra, nitidusq́ reducitur aer,
Et Deus obſcuro ſecreuit ab aere lucem.
Hic etiam procul à terra diffuſilis æther
Tollitur, effuſis ſtellatus crinibus æther.
Hunc inter ſtabili & ſolida compagine nexæ
Quinq; ierant Zonæ. deuexo limite tractus
Signifer obliquo aſcenſu duodena ferebat
Sidera, diuerſæ ſpeciem uariantia forma.
Enſifer Orion ſtricto mucrone mouebat
Exoriens pelagi fluctus, radiata notabant
Cnoßia Cretæam Bacchi monimenta puellam.
Ambibatq́ polum flexo temone Bootes,
Plauſtra regens. iuxtaq; Anguem ſplendeſcere cre
Ora Lycaoniæ labris ſitientibus Vrſæ. (das
Quæ ſubter remeans Phœbi radiantis imago,
Auratam chlamydem, & bißeno ſidere textam
Induerat curru reſidens, quo fonte caloris
Inferiora leues animabant cuncta fauillæ.
Hinc procul aſtrorum decus, & regina bicornis

Sub-

Sublucet ſoror, & niueis Latonia bigis
Subuehitur cœlo: & ſpacijs breuioribus uſa,
Aemula fraternos certat præuertere curſus.
Hic etiam aerios populos, cœloq́ dicatum
Aligerum genus, aut dulces inuiſere nidos
Finxerat, aut tenui deducere carmina cantu.
Iamq́ Pater liquidi diſcreuerat alta profundi:
Confeſtim irrumpunt pelago fontesq́ lacusq́,
Innumeriq́ altis delapſi è montibus amnes,
Quies umbroſa caput circum uelabat arundo.
Quin etiam pelagi placidè labentibus undis
Pinnigeræ innabant pecudes. ibi diſcolor Indus
Candentes rubro relegebat in æquore conchas.
Tunc primùm affuſis grauidũ caput extulit undis
Omniparens Tellus, denſisq́ animalia ſyluis
Condebat, tenerasq́ illis paſcentibus herbas
Sufficiens, flauis campos ueſtibat ariſtis.
Parte alia abrupti montes fœcunda metallis
Viſcera fundebant: quos ſummo in uertice claræ
Cryſtallo, atq́ alijs ornata cacumina gemmis
Oſtentare procul tremulo fulgore decebat.
Hic uideas miro deuinctum pectus amore
Artificem rerum terrena effingere membra,
Humanosq́ artus: animamq́ infundere terræ,
Immortalem animã, perfectam, & labe carentem.
Ilicet inde ſolo emicuit, mirabile dictu,
Primus

Primus homo, æterni decoratus imagine Patris,
Mentem animumq́ Deo ſimilis, qui lumine cælum
Luſtraret, patriumq́ animo uerſaret Olympum.
Cui Rex ille hominum, totiusq́ arbiter orbis,
Quicquid habet tellus, quicquid mare, quicquid et (aer,
Subijcit: æternas leges, & fœdera ſeruet
Præcipit, & proprios ortus in mente recondat.
Nec non & uarias ſoboles animantia terris
Bruta, Dei iuſſu generatim in ſæcla propagant.
Nec procul hinc terris fugiens Aſtræa relictis,
Exoſa, heu, mortale genus, poſtquam impia Tellus
Et monita, & magni liquit præcepta Parentis.
Cernere erat iuſta iaculantem fulmina dextra,
Iratumq́ Patrem terris: genus omne per oſum,
Diluuio ingenti tellurem effundere in undas.
Sed tamen humanos pietas miſerata labores,
Seruabatq́ uirum terris, ipſumq́ domumq́:
Solus ut humanæ reuocaret ſemina gentis,
Queis leges & iura dabat: & fœdere certo
Pingebat cælum pennis Thaumantias Iris.
Hinc ope diuina patrijs ſeruatus ab oris
Aſtabat ſenior, Syrioq́ ex hoſte receptus
Monſtratum carpebat iter, noua quærere regna,
Externosq́ lares. haud illo iuſtior uſquam
In terris fuit, aut æqui obſeruantior alter.
Hinc Regi regum carus: hinc nomine uerſo

Accepit ſignum fidei, Pater omnibus unus
Qui mores, patriamq́; fidem, ritusq́; tenerent.
Ipſe etiam ardenti radiatus tempora uultu
Legifer, antiquas leges, moremq́; ſacrorum
Ore dabat: uiuos uultus, uiua ora putares.
Implebat ſummas porta aſpectabilis oras
Verum induta hominē ſummi Patris unica proles.
Vera Patris ſoboles, cœlo demiſſa ſereno
Luſtrabat dulces hominis ſub imagine terras,
Quin etiam effundens diuino ex ore loquelas
Per medios populos, nec dedignata ſubire
Tecta hominum, prò quanta alti indulgentia cœli,
Iura dabat, cultuq́; nouo rude uulgus in omnem
Formabat uitæ ſinceris artibus uſum.
Pauperies illi ſemper comes: omnibus æqua
Pauperies, nulliq́; nocens, contentaq́; paruo:
At multis inuiſa eadem, ſub paupere tecto
Otia agit: uigili non fracta, nec anxia cura.
At uerò in foribus cuſtos Erymanthidis urſæ
Quas uidet, hic ſeptem diuino ex ordine ſoles,
Septenisq́; tubis ingentia mœnia luſtrat
Hebræus ductor, uarijsq́; exercitus armis.
Vt primùm ſacer increpuit ſuper æthera clangor,
Extemplò ingentes procumbunt undiq́; muri
Sponte ſua, latamq́; ſolo trahit alta ruinam
Vrbs, opibus quondā & regnis dominata ſuperbis.

Collu-

Collucent ignes, ſequiturq́ incendia fumus.
Haud procul inde altis pendentia poſtibus arma,
Pugnantum decus, & ſeruantia tela cruorem,
Captiuiq́ duces, ſubmiſſaq́ colla trahuntur.
Quin etiam exacti reges, belloq́ ſubacti
Adduntur: uictorq́ elatis cornibus ibat
Iordanes, iam iamq́ ſinus & flumina pandit.
Inuicto ſubiecta duci lætatur Idume,
Palmiferumq́ caput lætanti uertice nutat,
Sacraq́ odoratæ reſpondent nomina ſyluæ.
Hunc iuxta pietate graues, uenerabile uulgus,
Magnanimi Heroes, per quos ſuprema poteſtas
Defenſum bello populum dedit, atq́ ſuperbo
Seruitio exemptos ad priſtina regna reduxit.
Illum incedentem ferrato in prælia curru,
Et caua fœmineo transfixum tempora clauo,
Aſpiceres. ruit ecce alius deuota parenti
Et nemora, & ſtructas nemoroſis collibus aras.
Atq́ alius uaſti diſcerpens ora leonis
Victus amore cadit, gremioq́ infuſus amato
Lethiferam carpit per fortia membra quietem:
Non tamen ante illi durus ſopor occupat artus,
Quàm ſecum populi proceres, atq́ alta domorum
Tecta trahens, pœnas ſcelerato è ſanguine ſumat.
Parte alia ueterum ſeries generoſa parentum,
Illuſtres animæ, atq́ alto à ſanguine Reges,

Qui Solymos fines, ſummo loca nota parenti,
Biſſenasq́; tribus longa ditione tenebant.
Ille Palaſtinas gentes, Syriamq́; potentem
Edomuit, meritosq́; tulit ex hoſte triumphos.
Ille Paratonij peruenit ad oſtia Nili,
Diues opum ante alios: & latis otia terris,
Aureaq́; antiqui renouauit ſæcula mundi.
Ille etiam ex auro, cedroq́;, & marmore templum
Inſtituit, lectosq́; uiros de more ſacrauit.
Parte alia Solymas arces, templumq́; frequentes
Inſtaurant: ferro ac telis accincta iuuentus
Ingentes reficit muros, & clauſtra, domosq́;.
Hic demum ſacrata tui cunabula regni
CHRISTE Pater, dictāq́; tuo de nomine gentē
Cæleſtes fecere manus. huc numine ſancto
Gens afflata ruit: merſare ſalubribus undis
Se cupit, & patrio tranſcribere nomina cælo
Idem omnes ſacer ardor agit. primordia regni
Parua quidem: ſed quæ totum iam ſparſa per orbē,
Solis & occaſus miretur, Solis & ortus.
Ac ueluti liquidos fontes, ſeu flumina propter
Paulatim aßurgens, breuibus ſeſe explicat umbris,
Poſt tamen, hanc nullis hominū cogentibus, arbos
Ingentes ramos, felicia brachia tendit.
Multi illam agricolæ, multæ cupiere uolucres.
Tertia ſed tepidos Auſtri ſpirantis ad axes

Inſignit

Inſignit clauſtra, & niueis petit æthera pennis
Humani generis clarum decus aurea Virgo.
Olli ſidereus frontis decor, oraq́ fulgent,
Ambroſiæq́ comæ: placido reuerentia uultu
Spirat, & æternis frontem redimita corollis
Candida purpureo uelamina geſtat amictu,
Eoæ lucis ſemper comes, edita luce,
Hos Hortos colit illa decens ſine crimine Diua.
Nunc etiam in foribus, primoq́ in limine læta
Et menſam parat, & ſacrum cratera coronat.
Hic qui fortè uelint ſanctis diſcumbere menſis,
Inuitat, dictisq́ monet facunda uolentes.
O` fortunatæ gentes, ſi iuſſa uerenda
Diligerent, monitusq́ Dei, queis ſumma ſalutis
Nititur, & puros mores ſub pectore fixos
Perpetuum colerent: iamq́ illos regia cœli,
Aeternúmq́ decus, & læto gloria uultu
Acciperet, cunctísq́ malis & morte carentes.
At quà iam roſeo præceps ruit Oceano ſol,
In foribus Diua ſæclis uentura futuris
Diuinum cælabat opus, auoq́ ſequenti
Pandebat mentem, ſummíq́ arcana Parentis.
Ipſa uidebatur roſeo pudibunda colore,
Inſignis pietate, & nulli cognita Virgo:
Atq́ eadem ante alias fortunatiſsima matres,
Quæ tactus exoſa uirûm, tædásq́ iugales,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Inſtituit caſtæ iura intemerata iuuentæ
Aeternùm ſeruare, alta ad præſepia gnatum
Fundere, & in dias producere luminis oras,
Nullum paſſa uirum, nullos perpeſſa dolores,
Quà Solymos fines felicibus alluit undis
Iordanes. Cernas pueri rutilantia longè
Lumina, ſacrataſq; manus. iamq; ubera ſugit
Paruulus, & matrem arridens cara oſcula labris
Imprimit, & ſanctis contrectans ubera palmis
Educit dulces materno è lumine rores.
Miratur gnatum genetrix, haud inſcia uirgo,
Inſideat quantus gremio Deus: aſtupet ipſa
Sacra domus, pronoq; inhiant animalia uultu.
Parua loquor, ſtupet ipſe oculus & gloria Mundi.
Hæc inter tumidi latè maris æquora tollunt
Inſani fluctus, cœlumq; aſpergine rorant:
Vndoſum credas euerti è ſedibus æquor,
Ipſa ratis cœlum ſcandit, nunc unda dehiſcens
Abripit in præceps: timidis pallentia nautis
Occupat ora pauor, diuosq; in uota uocare
Extremus miſeros ſubigit timor. inde, ſalutis
Ah nimium cupidi, ſpumoſa in cærula nautæ
Deturbant iuuenē inſontem, & nil tale merētem.
Ecce autem immenſo ſinuoſa uolumina ponto
Promouet immanis piſtrix: & guttura pandens,
Heu pietas, uaſto clamantem abſorbet hiatu.

Tris

Tris noctes, totidemq́ dies ſubmerſus in antro
Delituit: pòſt hunc eadem fera bellua ponti
Euomit, & Syria proiectum eructat arena.
Extremis uerò in foribus, & margine in ipſo,
Septeni ex auro lychni laquearibus aureis
Dependent, flammasq́ procul & lumina fundunt.
In medio uultumq́ hominis atq́ ora gerentem
Extuderat, ueſtemq́ imis illudere plantis:
Aurea compreſſis ſubnectit cingula mammis.
Candida cæſaries olli candentia circum
Tempora, nec niueis niuibus ceſſura, nec albis
Velleribus. ſimilem flammis radiantia uidi
Lumina, ſacratosq́ pedes nitido orichalco,
Qui uelut excocti lucebant puriter igne.
Vox illi, qualem Oceani refluentibus undis
Herculeam Calpen longè exaudire putandum eſt.
Nec non & ſeptem flammantia ſidera dextra
Continet, ac rutilo mucronem ex ore coruſcat
Vulnificum, ancipitem. facies ceu lumina ſolis
Irradiat, fulgetq́ procul, quum flammeus orbem
Excoquit, & rapido perfundit cuncta uapore.
Ille etiam occaſus æquè moderatur, & ortus
Naſcentum, tacitaq́ orbem ratione gubernat,
Ille etiam montem, mortisq́ horrentia regna
Temperat, & triſtē ſine ſole & ſidere Mundū.
Vt ſatis impleuit noſtros ueneranda Vetuſtas

Aſpectus, facilesq́; oculos per ſingula duxi:
Tunc ego, quà primùm terras aſpergit Eous,
Ingrediens, ternis dimenſum partibus Hortum
Inuenio, admirans Hortum, ſedesq́; beatas.
Ingenti pars prima uiret lætiſsima ſylua:
Cui nunquã uiridesq́; comæ, & uiridantia deſunt
Brachia, & intonſis uiridantes frondibus umbræ,
Vel cum ſæuit hyems, uel nuda incanduit æſtas.
Vmbriferum cœlo ac ſtellis attollere certat
Palma caput, denſisq́; nemus circundare ramis.
Hic folijs ſpirat latè, ac beneolentia circum
Poma gerit, fructu & folijs gratiſsima cedrus.
Hic quoq; turgidulis frontem circundata baccis
Innuba laurus erat: quæ nullos fulminis ictus
Sentit, & increpitans uicinos reſpuit ignes.
Nec procul hinc pingues oleas frondeſcere uidi.
Altera ridenti ſemper ueſtitur acantho:
Hic buxus, buxoq́; uirens interſita myrtus,
Raraq́; odorato ſudant opobalſama ligno:
Tum fruticũ genus omne ſolo terra alma miniſtrat.
Tertia gemmantes diſtinctis floribus herbas
Pars habet, & dites Arabum ſine nomine meſſes,
Quasq́; legunt Cilices campis felicibus, & quas
Diues Oronteis depaſcitur incola ripis.
Hic uiolis latè circum candentibus albet
Cultus ager, cœliq́; refert ſtellantis honorem,

Nunc

Nunc pictus niueis, nunc cæruleis hyacinthis.
Purpureisq́; roſis diuina rubeſcere culta
Aſpiceres, & plena nouo læta arua colore.
Fert caſiam, floremq́; ſimul ſpirantis amomi:
Cinnamaq́; & medicas miſeris mortalibus herbas
Summittit tellus. cœleſti hæc nectare paſcit
Ille ſator rerum, radijsq́; tepentibus almus
Sol fouet, & puri permulcent ætheris auræ.
Hæc inter tremulis Zephyrus diſcurſibus errans
Aera per liquidum gratos ſpirabat odores:
Quos nec ab extremo Phœnix longæuus Hydaſpe
Colligit, annoſam cupiens abolere ſenectam:
Quos neq; thuriferis felix Panchæus arenis
Conſpicit externas aliò traducere gentes.
Hic querulos inter nidos Pandione nata
Obſtrepit, & uariæ denſiſsima turba uolucres,
Quælibet acta ſuo magnum per inane uolatu,
Mulcebant miſtis tenues concentibus auras.

BASILII ZANCHII DE Horto Sophiæ

LIBER POSTERIOR.

EST Horti medio ſublimis in aere ſedes,
Præfulgens gemmis, rutiloq́; extructa pyropo:
Clarior hinc uitro, & pellucidula cryſtallo

Fons fluit, & ternis molliſsima gramina riuis
Irrigat, & uiuis fœcundat germina lymphis.
Stellanti ſolio, ſed maieſtate ſerena,
Tergeminus reſidet Rex: undiq; ſplendida lucet
Forma eadem, ueſtisq; eadem, conſorsq; poteſtas.
Lux circum, & uarijs depicta coloribus Iris.
Innumeriq; alij ſolium, ſedemq; tremendam
Circunſtant famuli: quorũ pars maxima centum
Hinc atq; hinc oculos, ardentiaq; ora ferebat.
Ipſius ante pedes uillis candentibus albo
Decumbit, tyrioq; Agnus ſpectabilis oſtro.
Ac uelut eoa perfuſus Lucifer unda,
Aſtrorumq; choros inter, atq; agmina lucet:
Sic illi geminiq; pedes & pectora lucent.
Tum ſeptem ex auro radiantia cornua fronte
Erumpunt: ſeptemq; oculi, ceu lucida Solis
Lumina, colluſtrant Hortum, ſedesq; piorum:
Vnde diem, noctemq; illis liquidiſsima cœli
Tempeſtas, & læta nouo loca lumine rident.
Illum omnes circunfuſi uenerantur, & omnes
Suſpiciunt, manibusq; pijs contingere gaudent.
Hic ego felices animas, cœtusq; piorum,
Terrarum decus, & quos nulla æquauerit ætas,
Aſpicio. pars hoſpitijs frondentibus altæ
Aut lauri, aut palmæ gaudent uariãtibus umbris.
Hic uirides inter myrtos ſpaciantur: acanthus

Hos iuuat, & dulci redolentia balſama ligno.
Aſt alij uarios flores uernantia circum
Prata legunt, feſſumq́ caput & membra reclinant
Rorantes inter gemmas, & mollia ſerta.
Dumq́ oculis ac mente trahor, dum ſingula luſtro:
En clari noua forma uiri, miruſq́ repentè
Occurrit uultu & lætanti uoce ſacerdos,
Argiuæ gentis ſidus: cui lactea fandi
Flumina, & aurato deductum nomen ab ore.
Hic erat, hic, doctæ cui iam plauſiſtis Athenæ,
Antiochiq́ ſolum, & Byzantia littora, & omnis
Boſphore, Threicioq́ ſonans latè ora profundo.
Ille, indefeſſi dum circum machina mundi
Semper in occaſum rapido uoluetur ab ortu,
Viuet, & æterni chartis tribuentur honores.
Ille mihi egregias animas, ingentia facta,
Artificesq́ manus, ueterum monimenta uirorum,
Expedijt, prenſumq́ manu circum omnia duxit.
Ac primùm: Viden' aeriæ ſub tegmine palmæ
Vt reſidet, quē Nympha olim prope flumina Nili
Edidit, inſignis gemino caua tempora cornu?
Qui uultus, quantum egregia de fronte refulget
Aetherium lumen? oculos fulgore micantes
Aſpice, & æterni certiſſima ſigna decoris.
Hoc duce crudeles terras, poſt fortia facta,
Poſt domitum ſignis Regem, Iudæa reliquit,

Excuſ-

Excuſsitq́ iugum, atq́ immitis frena tyranni.
Hic & Erythræi iuncoſa per æquora ponti
Tranſtulit innumeras gentes: durata receſsit
Hinc atq́ hinc faciem in montis, mirabile uiſu,
Vnda fluens: medios fluctus, media æquora ductor
Euaſit, ſiccaq́ agmen conſedit arena.
At Pharios poſt terga duces ſimul unda relabens
Inuoluit, ſimul arma uirûm, curruſq́ uolantes.
Quid tibi res geſtas, aut tot miracula rerum
Cõmemorem? ut repetens ſacri capita ardua mõtis
Accipiat ſolus Legem: ſummiq́ Tonantis
Colloquio, & clara per nubem luce fruatur:
Vt liquidas dura è ſilice produxerit undas:
Vt crucis in morem palmaſq́ & brachia tendens,
Inuictos bello penitus diſiecerit hoſtes?
Quid loquar, ut dulcem cœlo deduxerit eſcam?
Aut ut ſuccenſos precibus reſtinxerit ignes?
Quem iuxta armipotens ductor, fiduſq́ miniſter,
Cui pater undarum aſtrictis uada peruia lymphis
Iordanes, & ſicca pedum ueſtigia ceſsit:
Ad cuius iuſſum ſuperi moderator Olympi
Iuſserit aſsuetos ſolem requieſcere curſus,
Noctiuagamq́ alto Phœben conſiſtere cœlo.
Aſpice, quem ſterili genetrix grauis edidit aluo
Egregium uatem, & populis pia iura ferentem:
Non illum argenti atq́ auri ſcelerata cupido

Corri-

Corripuit:ſed plena Deo ſua pectora ſeruans,
Et Reges unxit primus, tonitruq́; coruſco
Subiectum populum & pugnaces terruit hoſtes.
Ille, uides? ſacra redimitus tempora uitta,
Egregiusq́; animi, legisq́; arcana requirens,
Poſt longa exilia, & deſertam ciuibus urbem,
Bactraq́;, & extructos decocto ex aggere muros
Deſeruit, ciuesq́; ſuos in regna reduxit
Priſtina, & antiquas ædes & templa refecit.
Vis & præſtantem eloquio, regnisq́; ſuperbum
Cernere, quem Syriūq́; ſolū, & frondentis Idumes
Arua colunt? gremio acceptum Iordanis ad undã
Hunc docuit Sophia, & cæleſtibus imbuit orſis.
Nec procul hinc lauri intonſæ uiridante ſub umbra
Apparet Vatum chorus ingens: lumina uidi,
Oraq́;, & intentas ad ſidera tollere palmas.
Hos inter fuluo ex auro, gemmisq́; coronam
Conſpicuam, ardentem, canentia tempora circum
Geſtabat uates: pictoq́; è murice palla
Defluit ex humeris: placidoq́; micantia uultu
Lumina ſuſtollens, digitisq́; loquentibus aurea
Molliter attrectans fila teſtudinis aureæ,
Auctorem pacis, ſeruatoremq́;, Deumq́;
Concelebrat, lachrymisq́; rigat gaudentibus ora.
Felices populi, felicia tempora, nobis
Adueniet cælo portans cæleſtia dona,

Humá-

Humanãq́ animam aßumẽs, moribũdaq́ membra
Indutus Deus, ille Deus: ſeſeq́ uidendam
Maieſtas æterna dabit, ſub paupere forma
Occultans radios. Salue ô ſanctißima Mater,
Siderei Regina poli: tua uiſcera replet
Egrediens Patris è gremio, pariterq́ recumbens:
Qui cœlum, tractusq́ maris, quiq́ omnia replet:
Quem cœlũ, tractusq́ maris, queq́ omnia nuſquam
Comprendunt. Salue ô cœli facunde miniſter,
Intactæ diuina ferens mandata puellæ.
Annuit illa: noua micuerunt luce penates,
Cœleſtisq́ domum compleuit fulgor: ab alto
Deſcendens Deus, ecce Deus pia uiſcera complet,
Humanosq́ artus materno è ſanguine ſumit:
Sanguine, quem non ulla Venus, non ulla cupido
Elicuit genitali aruo: uerùm ipſa poteſtas
Humanos Diuina opifex formauit in artus.
Felix ô patria genetrix mea, iam tua ciuis
Nomina, & æternos cœlo Rex altus honores
Aequauit, magnumq́ feres per ſæcula nomen.
Fortunata domus, ſummi cunabula Regis,
In quibus ille auctor lucis orientia primùm
Lumina, & ætherias primùm puer hauriet auras.
Felix prole parens, felix mea uera propago,
Cui licuit ſanctis infundere pabula labris:
Tangere ſidereos uultus, atq́ oſcula ab ore

Liba-

Libauiſſe ſacro, pecora inter inertia natum
Ponere, & agreſti ſupremum in ſtramine Regem.
Salue magne puer: lapſis ſuccurrere rebus
Aduentas, merſosq; Erebo & caligine tetra
Ad uitam reuocare homines, ac lumina uitæ.
Aduentuq; tuo terrarum millia multa
Inuiſit Pax alma, polo delapſa ſereno.
Iam tibi pacatum cœleſtia mella per orbem
Candida pacati diffundunt mœnia mundi.
Cœlicolumq; choros cerno, & fulgentia cœli
Agmina, pennatamq; aciem omnipotentis Olympi:
En choreas agitant, lætisq; per aera pennis
Diſcurrunt, laudesq; & ouantia carmina dicunt.
Iam uenit ætheria mundi Seruator ab arce,
Qui cœlum terris æterno fœdere iungat.
Cuſtodes etiam pecoris ſub nocte ſilenti
Illuſtrat lux clara nouo fulgore coruſcans.
Paſtores mecum nati ad præſepia Regis
Pergite, communemq; oculis inuiſite Regem.
En ego ſacratis genibus procumbere ſupplex
Nil moror, en ſupplex ueſtigia pronus adoro.
Heu quæ nam aſpicio? teneras uix ſuſpicit auras
Cœleſtis puer, & ſummi regnator Olympi:
Et tamen inſonti perfundit ſanguine ferrum,
Dum legem ſubit, & Patris præcepta faceſſit.
Ipſa autem teneri genetrix pulcherrima Regis

Nunc

Accepit ſignum fidei, Pater omnibus unus
Qui mores, patriamq́ fidem, ritusq́ tenerent.
Ipſe etiam ardenti radiatus tempora uultu
Legiſer, antiquas leges, moremq́ ſacrorum
Ore dabat: uiuos uultus, uiua ora putares.
Implebat ſummas porta aſpectabilis oras
Verum induta hominē ſummi Patris unica proles.
Vera Patris ſoboles, cælo demiſſa ſereno
Luſtrabat dulces hominis ſub imagine terras,
Quin etiam effundens diuino ex ore loquelas
Per medios populos, nec dedignata ſubire
Tecta hominum, prò quanta alti indulgentia cœli,
Iura dabat, cultuq́ nouo rude uulgus in omnem
Formabat uitæ ſinceris artibus uſum.
Pauperies illi ſemper comes: omnibus æqua
Pauperies, nulliq́ nocens, contentaq́ paruo:
At multis inuiſa eadem, ſub paupere tecto
Otia agit: uigili non fracta, nec anxia cura.
At uerò in foribus cuſtos Erymanthidis urſæ
Quas uidet, hic ſeptem diuino ex ordine ſoles,
Septenisq́ tubis ingentia mœnia luſtrat
Hebræus ductor, uarijsq́ exercitus armis.
Vt primùm ſacer increpuit ſuper æthera clangor,
Extemplò ingentes procumbunt undiq́ muri
Sponte ſua, latamq́ ſolo trahit alta ruinam
Vrbs, opibus quondā & regnis dominata ſuperbis.
Collu-

Collucent ignes, ſequiturq́; incendia fumus.
Haud procul inde altis pendentia poſtibus arma,
Pugnantum decus, & ſeruantia tela cruorem,
Captiuiq́; duces, ſubmiſſaq́; colla trahuntur.
Quin etiam exacti reges, belloq́; ſubacti
Adduntur: uictorq́; elatis cornibus ibat
Iordanes, iam iamq́; ſinus & flumina pandit.
Inuicto ſubiecta duci lætatur Idume,
Palmiferumq́; caput lætanti uertice nutat,
Sacraq́; odoratæ reſpondent nomina ſyluæ.
Hunc iuxta pietate graues, uenerabile uulgus,
Magnanimi Heroes, per quos ſuprema poteſtas
Defenſum bello populum dedit, atq; ſuperbo
Seruitio exemptos ad priſtina regna reduxit.
Illum incedentem ferrato in prælia curru,
Et caua fœmineo transfixum tempora clauo,
Aſpiceres. ruit ecce alius deuota parenti
Et nemora, & ſtructas nemoroſis collibus aras.
Atq; alius uaſti diſcerpens ora leonis
Victus amore cadit, gremioq́; infuſus amato
Lethiferam carpit per fortia membra quietem:
Non tamen ante illi durus ſopor occupat artus,
Quàm ſecum populi proceres, atq; alta domorum
Tecta trahens, pœnas ſcelerato è ſanguine ſumat.
Parte alia ueterum ſeries generoſa parentum,
Illuſtres animæ, atq; alto à ſanguine Reges,

Qui Solymos fines, ſummo loca nota parenti,
Biſſenasq́; tribus longa ditione tenebant.
Ille Palæſtinas gentes, Syriamq́; potentem
Edomuit, meritosq́; tulit ex hoſte triumphos.
Ille Parætonij peruenit ad oſtia Nili,
Diues opum ante alios: & lætis otia terris,
Aureaq́; antiqui renouauit ſæcula mundi.
Ille etiam ex auro, cedroq́;, & marmore templum
Inſtituit, lectosq́; uiros de more ſacrauit.
Parte alia Solymas arces, templumq́; frequentes
Inſtaurant: ferro ac telis accincta iuuentus
Ingentes reficit muros, & clauſtra, domosq́;.
Hic demum ſacrata tui cunabula regni
CHRISTE Pater, dictāq́; tuo de nomine gentē
Cæleſtes fecere manus. huc numine ſancto
Gens afflata ruit: merſare ſalubribus undis
Se cupit, & patrio tranſcribere nomina cælo
Idem omnes ſacer ardor agit. primordia regni
Parua quidem: ſed quæ totum iam ſparſa per orbē,
Solis & occaſus miretur, Solis & ortus.
Ac ueluti liquidos fontes, ſeu flumina propter
Paulatim aſſurgens, breuibus ſeſe explicat umbris,
Poſt tamen, hanc nullis hominū cogentibus, arbos
Ingentes ramos, felicia brachia tendit.
Multi illam agricolæ, multæ cupiere uolucres.
Tertia ſed tepidos Auſtri ſpirantis ad axes

Inſignit

Inſignit clauſtra, & niueis petit æthera pennis
Humani generis clarum decus aurea Virgo.
Olli ſidereus frontis decor, oraq́ fulgent,
Ambroſiæq́ comæ: placido reuerentia uultu
Spirat, & æternis frontem redimita corollis
Candida purpureo uelamina geſtat amictu,
Eoæ lucis ſemper comes, edita luce,
Hos Hortos colit illa decens ſine crimine Diua.
Nunc etiam in foribus, primoq́ in limine læta
Et menſam parat, & ſacrum cratera coronat.
Hic qui fortè uelint ſanctis diſcumbere menſis,
Inuitat, dictisq́ monet facunda uolentes.
O fortunatæ gentes, ſi iuſſa uerenda
Diligerent, monitusq́ Dei, queis ſumma ſalutis
Nititur, & puros mores ſub pectore fixos
Perpetuum colerent: iamq́ illos regia cœli,
Aeternúmq́ decus, & læto gloria uultu
Acciperet, cunctisq́ malis & morte carentes.
At quà iam roſeo præceps ruit Oceano ſol,
In foribus Diuæ ſæclis uentura futuris
Diuinum cælabat opus, æuoq́ ſequenti
Pandebat mentem, ſummiq́ arcana Parentis.
Ipſa uidebatur roſeo pudibunda colore,
Inſignis pietate, & nulli cognita Virgo:
Atq́ eadem ante alias fortunatiſſima matres,
Quæ tactus exoſa uirûm, tædásq́ iugales,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Inſtituit caſtæ iura intemerata iuuentæ
Aeternùm ſeruare, alta ad præſepia gnatum
Fundere, & in dias producere luminis oras,
Nullum paſſa uirum, nullos perpeſſa dolores,
Quà Solymos fines felicibus alluit undis
Iordanes. Cernas pueri rutilantia longè
Lumina, ſacrataſq; manus. iamq; ubera ſugit
Paruulus, & matrem arridens cara oſcula labris
Imprimit, & ſanctis contrectans ubera palmis
Educit dulces materno è lumine rores.
Miratur gnatum genetrix, haud inſcia uirgo,
Inſideat quantus gremio Deus: aſtupet ipſa
Sacra domus, pronoq; inhiant animalia uultu.
Parua loquor, ſtupet ipſe oculus & gloria Mundi.
Hæc inter tumidi latè maris æquora tollunt
Inſani fluctus, cœlumq; aſpergine rorant:
Vndoſum credas euerti è ſedibus æquor,
Ipſa ratis cœlum ſcandit, nunc unda dehiſcens
Abripit in præceps: timidis pallentia nautis
Occupat ora pauor, diuoſq; in uota uocare
Extremus miſeros ſubigit timor. inde, ſalutis
Ah nimium cupidi, ſpumoſa in cærula nautæ
Deturbant iuuenẽ inſontem, & nil tale merẽtem.
Ecce autem immenſo ſinuoſa uolumina ponto
Promouet immanis piſtrix: & guttura pandens,
Heu pietas, uaſto clamantem abſorbet hiatu.

Tris

Tris noctes, totidemq́ dies ſubmerſus in antro
Delituit: poſt hunc eadem fera bellua ponti
Euomit, & Syria proiectum eructat arena.
Extremis uerò in foribus, & margine in ipſo,
Septeni ex auro lychni laquearibus aureis
Dependent, flammasq́ procul & lumina fundunt.
In medio uultumq́ hominis atq́ ora gerentem
Extuderat, ueſtemq́ imis illudere plantis:
Aurea compreſsis ſubnectit cingula mammis.
Candida cæſaries olli candentia circum
Tempora, nec niueis niuibus ceſſura, nec albis
Velleribus. ſimilem flammis radiantia uidi
Lumina, ſacratosq́ pedes nitido orichalco,
Qui uelut excocti lucebant puriter igne.
Vox illi, qualem Oceani refluentibus undis
Herculeam Calpen longè exaudire putandum eſt.
Nec non & ſeptem flammantia ſidera dextra
Continet, ac rutilo mucronem ex ore coruſcat
Vulnificum, ancipitem. facies ceu lumina ſolis
Irradiat, fulgetq́ procul, quum flammeus orbem
Excoquit, & rapido perfundit cuncta uapore.
Ille etiam occaſus æquè moderatur, & ortus
Naſcentum, tacitaq́ orbem ratione gubernat,
Ille etiam montem, mortisq́ horrentia regna
Temperat, & triſtē ſine ſole & ſidere Mundū.
Vt ſatis impleuit noſtros ueneranda Vetuſtas

 Aſpectus,

Aſpectus, facilesq́; oculos per ſingula duxi:
Tunc ego, quà primùm terras aſpergit Eous,
Ingrediens, ternis dimenſum partibus Hortum
Inuenio, admirans Hortum, ſedesq́; beatas.
Ingenti pars prima uiret lætiſsima ſylua:
Cui nunquã uiridesq́; comæ, & uiridantia deſunt
Brachia, & intonſis uiridantes frondibus umbræ,
Vel cum ſæuit hyems, uel nuda incanduit æſtas.
Vmbriferum cœlo ac ſtellis attollere certat
Palma caput, denſisq́; nemus circundare ramis.
Hic folijs ſpirat latè, ac beneolentia circum
Poma gerit, fructu & folijs gratiſsima cedrus.
Hic quoq; turgidulis frontem circundata baccis
Innuba laurus erat: quæ nullos fulminis ictus
Sentit, & increpitans uicinos reſpuit ignes.
Nec procul hinc pingues oleas frondeſcere uidi.
Altera ridenti ſemper ueſtitur acantho:
Hic buxus, buxoq́; uirens interſita myrtus,
Raraq́; odorato ſudant opobalſama ligno:
Tum fruticũ genus omne ſolo terra alma miniſtrat.
Tertia gemmantes diſtinctis floribus herbas
Pars habet, & dites Arabum ſine nomine meſſes,
Quasq́; legunt Cilices campis felicibus, & quas
Diues Oronteis depaſcitur incola ripis.
Hic uiolis latè circum candentibus albet
Cultus ager, cœliq́; refert ſtellantis honorem,

Nunc

Nunc pictus niueis, nunc cæruleis hyacinthis.
Purpureisq; roſis diuina rubeſcere culta
Aſpiceres, & plena nouo læta arua colore.
Fert caſiam, floremq; ſimul ſpirantis amomi:
Cinnamaq; & medicas miſeris mortalibus herbas
Summittit tellus. cœleſti hæc nectare paſcit
Ille ſator rerum, radijsq; tepentibus almus
Sol fouet, & puri permulcent ætheris auræ.
Hæc inter tremulis Zephyrus diſcurſibus errans
Aera per liquidum gratos ſpirabat odores:
Quos nec ab extremo Phœnix longæuus Hydaſpe
Colligit, annoſam cupiens abolere ſenectam:
Quos neq; thuriferis felix Panchæus arenis
Conſpicit externas aliò traducere gentes.
Hic querulos inter nidos Pandione nata
Obſtrepit, & uariæ denſiſsima turba uolucres,
Qualibet acta ſuo magnum per inane uolatu,
Mulcebant miſtis tenues concentibus auras.

BASILII ZANCHII DE Horto Sophiæ

LIBER POSTERIOR.

Eſt Horti medio ſublimis in aere ſedes,
Præfulgens gemmis, rutiloq; extructa pyropo:
Clarior hinc uitro, & pellucidula cryſtallo

Fons fluit, & ternis mollißima gramina riuis
Irrigat, & uiuis fœcundat germina lymphis.
Stellanti ſolio, ſed maieſtate ſerena,
Tergeminus reſidet Rex: undiq; ſplendida lucet
Forma eadem, ueſtisq́; eadem, conſorsq́; poteſtas.
Lux circum, & uarijs depicta coloribus Iris.
Innumeriq́; alij ſolium, ſedemq́; tremendam
Circunſtant famuli: quorũ pars maxima centum
Hinc atq; hinc oculos, ardentiaq́; ora ferebat.
Ipſius ante pedes uillis candentibus albo
Decumbit, tyrioq́; Agnus ſpectabilis oſtro.
Ac uelut eoa perfuſus Lucifer unda,
Aſtrorumq́; choros inter, atq; agmina lucet:
Sic illi geminiq́; pedes & pectora lucent.
Tum ſeptem ex auro radiantia cornua fronte
Erumpunt: ſeptemq́; oculi, ceu lucida Solis
Lumina, colluſtrant Hortum, ſedesq́; piorum:
Vnde diem, noctemq́; illic liquidißima cœli
Tempeſtas, & læta nouo loca lumine rident.
Illum omnes circunfuſi uenerantur, & omnes
Suſpiciunt, manibusq́; pijs contingere gaudent.
Hic ego felices animas, cœtusq́; piorum,
Terrarum decus, & quos nulla æquauerit ætas,
Aſpicio. pars hoſpitijs frondentibus altæ
Aut lauri, aut palmæ gaudent uariãtibus umbris.
Hic uirides inter myrtos ſpaciantur: acanthus

Hos

Hos iuuat, & dulci redolentia balſama ligno.
Aſt alij uarios flores uernantia circum
Prata legunt, feſſumq́ caput & membra reclinant
Rorantes inter gemmas, & mollia ſerta.
Dumq́ oculis ac mente trahor, dum ſingula luſtro:
En clari noua forma uiri, mirusq́ repentè
Occurrit uultu & lætanti uoce ſacerdos,
Argiuæ gentis ſidus: cui lactea fandi
Flumina, & aurato deductum nomen ab ore.
Hic erat, hic, doctæ cui iam plauſiſtis Athenæ,
Antiochiq́ ſolum, & Byzantia littora, & omnis
Boſphore, Threicioq́ ſonans latè ora profundo.
Ille, indefeſſi dum circum machina mundi
Semper in occaſum rapido uoluetur ab ortu,
Viuet, & æterni chartis tribuentur honores.
Ille mihi egregias animas, ingentia facta,
Artificesq́ manus, ueterum monimenta uirorum,
Expedijt, prenſumq́ manu circum omnia duxit.
Ac primùm: Viden' aeriæ ſub tegmine palmæ
Vt reſidet, quē Nympha olim prope flumina Nili
Edidit, inſignis gemino caua tempora cornu?
Qui uultus, quantum egregia de fronte refulget
Aetherium lumen? oculos fulgore micantes
Aſpice, & æterni certiſſima ſigna decoris.
Hoc duce crudeles terras, poſt fortia facta,
Poſt domitum ſignis Regem, Iudæa reliquit,

Excuſ-

Excuſsitq́ iugum, atq immitis frena tyranni.
Hic & Erythræi iuncoſa per æquora ponti
Tranſtulit innumeras gentes: durata receſsit
Hinc atq hinc faciem in montis, mirabile uiſu,
Vnda fluens: medios fluctus, media æquora ductor
Euaſit, ſiccaq́ agmen conſedit arena.
At Pharios poſt terga duces ſimul unda relabens
Inuoluit, ſimul arma uirûm, curruſq́ uolantes.
Quid tibi res geſtas, aut tot miracula rerum
Cõmemorem? ut repetens ſacri capita ardua mõtis
Accipiat ſolus Legem: ſummiq́ Tonantis
Colloquio, & clara per nubem luce fruatur:
Vt liquidas dura è ſilice produxerit undas:
Vt crucis in morem palmaſq́ & brachia tendens,
Inuictos bello penitus diſiecerit hoſtes?
Quid loquar, ut dulcem cœlo deduxerit eſcam?
Aut ut ſuccenſos precibus reſtinxerit ignes?
Quem iuxta armipotens ductor, fiduſq́ miniſter,
Cui pater undarum aſtrictis uada peruia lymphis
Iordanes, & ſicca pedum ueſtigia ceſsit:
Ad cuius iuſſum ſuperi moderator Olympi
Iuſserit aſsuetos ſolem requieſcere curſus,
Noctiuagamq́ alto Phœben conſiſtere cœlo.
Aſpice, quem ſterili genetrix grauis edidit aluo
Egregium uatem, & populis pia iura ferentem:
Non illum argenti atq auri ſcelerata cupido

Corri-

Corripuit:ſed plena Deo ſua pectora ſeruans,
Et Reges unxit primus, tonitruq́ coruſco
Subiectum populum & pugnaces terruit hoſtes.
Ille, uides? ſacra redimitus tempora uitta,
Egregiusq́ animi, legisq́ arcana requirens,
Poſt longa exilia, & deſertam ciuibus urbem,
Bactraq́, & extructos decocto ex aggere muros
Deſeruit, ciuesq́ ſuos in regna reduxit
Priſtina, & antiquas ædes & templa refecit.
Vis & præſtantem eloquio, regnisq́ ſuperbum
Cernere, quem Syriūq́ ſolū, & frondentis Idumes
Arua colunt? gremio acceptum Iordanis ad undā
Hunc docuit Sophia, & cœleſtibus imbuit orſis.
Nec procul hinc lauri intonſæ uiridante ſub umbra
Apparet Vatum chorus ingens: lumina uidi,
Oraq́, & intentas ad ſidera tollere palmas.
Hos inter fuluo ex auro, gemmisq́ coronam
Conſpicuam, àrdentem, canentia tempora circum
Geſtabat uates: pictoq́ è murice palla
Defluit ex humeris: placidoq́ micantia uultu
Lumina ſuſtollens, digitisq́ loquentibus aurea
Molliter attrectans fila teſtudinis aureæ,
Auctorem pacis, ſeruatoremq́, Deumq́
Concelebrat, lachrymisq́ rigat gaudentibus ora.
Felices populi, felicia tempora, uobis
Adueniet cœlo portans cœleſtia dona,

Humá-

Humanãq́; animam aſſumẽs, moribũdaq́; membra
Indutus Deus, ille Deus: ſeſeq́; uidendam
Maieſtas æterna dabit, ſub paupere forma
Occultans radios. Salue ô ſanctiſsima Mater,
Siderei Regina poli: tua uiſcera replet
Egrediens Patris è gremio, pariterq́; recumbens:
Qui cœlum, tractusq́; maris, quiq́; omnia replet:
Quem cœlũ, tractusq́; maris, queq́; omnia nuſquam
Comprendunt. Salue ô cœli facunde miniſter,
Intactæ diuina ferens mandata puellæ.
Annuit illa: noua micuerunt luce penates,
Cœleſtisq́; domum compleuit fulgor: ab alto
Deſcendens Deus, ecce Deus pia uiſcera complet,
Humanosq́; artus materno è ſanguine ſumit:
Sanguine, quem non ulla Venus, non ulla cupido
Elicuit genitali aruo: uerùm ipſa poteſtas
Humanos Diuina opifex formauit in artus.
Felix ô patria genetrix mea, iam tua ciuis
Nomina, & æternos cœlo Rex altus honores
Aequauit, magnumq́; feres per ſæcula nomen.
Fortunata domus, ſummi cunabula Regis,
In quibus ille auctor lucis orientia primùm
Lumina, & ætherias primùm puer hauriet auras.
Felix prole parens, felix mea uera propago,
Cui licuit ſanctis infundere pabula labris:
Tangere ſidereos uultus, atq; oſcula ab ore
Liba-

Libauiſſe ſacro, pecora inter inertia natum
Ponere, & agreſti ſupremum in ſtramine Regem.
Saluè magne puer: lapſis ſuccurrere rebus
Aduentas, merſosq́; Erebo & caligine tetra
Ad uitam reuocare homines, ac lumina uitæ.
Aduentuq́; tuo terrarum millia multa
Inuiſit Pax alma, polo delapſa ſereno.
Iam tibi pacatum cæleſtia mella per orbem
Candida pacati diffundunt mœnia mundi.
Cælicolumq́; choros cerno, & fulgentia cæli
Agmina, pennatamq́; aciem omnipotentis Olympi:
En choreas agitant, lætisq́; per aera pennis
Diſcurrunt, laudesq́; & ouantia carmina dicunt.
Iam uenit ætheria mundi Seruator ab arce,
Qui cælum terris æterno fœdere iungat.
Cuſtodes etiam pecoris ſub nocte ſilenti
Illuſtrat lux clara nouo fulgore coruſcans.
Paſtores mecum nati ad præſepia Regis
Pergite, communemq́; oculis inuiſite Regem.
En ego ſacratis genibus procumbere ſupplex
Nil moror, en ſupplex ueſtigia pronus adoro.
Heu quæ nam aſpicio? teneras uix ſuſpicit auras
Cæleſtis puer, & ſummi regnator Olympi:
Et tamen inſonti perfundit ſanguine ferrum,
Dum legem ſubit, & Patris præcepta faceſſit.
Ipſa autem teneri genetrix pulcherrima Regis

Nunc

Nunc dolet: & tacito nunc pectore gaudia ſentit,
Quum uidet illuſtres longinquæ à Perſidos oris
Adueniſſe uiros, parui quos ſplendida gnati
Stella facem ducens alta ad magalia duxit.
En tibi, quæ triplicem longè teſtentur honorem,
Submiſsi formoſe puer tria munera promunt,
Thura ſimul, ſtacteńq; ſimul, auriq; talenta.
En Gnatum Pater omnipotens tibi ſiſtit ad aram
Alma parens, geminosq; tibi de more columbos.
Quid ceſſas longæue ſenex pia pignora patris
Cernere? & optatam gremio excepiſſe ſalutem?
Quantus iò noſtras fertur uagitus ad aures?
Quid furis infandum caput? impia funera pendes
Infantum, quos prima uelut ſurgentia carpis
Lilia, uel primos terræ florentis honores.
Tolle fuga Puerum Mater pia: hoc Pater altus
Imperat: & Pharijs ſuccede penatibus hoſpes.
Tempus erit, quum læta domum, patriáq; reuiſas.
Aſt ubi iam grandem biſſena acceperit æſtas,
Amiſsum exquires genetrix mœſtiſsima Gnatum.
Tertia ſed poſtquam terris Aurora rubebit,
Inuenies proceres inter, populiq; magiſtros
Scitantem, cariq; Patris opera alta docentem.
Salue amnis, ſalue ætherijs celebrande choreis
Iordanes, ſacrata tuis Rex altus Olympi
Corpora tingit aquis, totius uulnera Mundi

Abluit,

Abluit, & primi ſoluit commiſſa parentis.
Quid refugis dilecte Deo? quid ferre recuſas
Sancte miniſterium? medij ſpacia ardua cœli
Diſcedunt, cœloq́; leuis demiſſa columba
Inſedit ſacro capiti: Pater ecce ſerena
Fulgentis de parte poli longè intonat, unda
Contremuit, ſuperas fertur uox miſſa per auras:
Gnate mihi ante alios longè iucundior omnes,
Do tibi terrarum & cœli inuiolabile numen.
Felices ſyluæ, felicia luſtra ferarum,
Vobiſcum eſt magni proles Patris. ardua ſyluæ
Inclinant capita, & nutanti uertice adorant,
Quadraginta dies ieiunia longa ferentem.
Ecce inimicus atrox rerum nouitate tremiſcens
Tentamenta petit: deuicto ex hoſte, miniſtri
Cœlicolæ exultant, plaudentibus æthera pennis.
Hinc Rex ille hominum bibuli prope littoris oram
Incedens, nautas, nodoſaq́; lina trahentes,
Delectos cœli proceres, mundiq́; magiſtros
Eſſe dabit: Regisq́; ſui præcepta ſequuti,
Humanos diuina trahent in retia piſces.
O fortunati nimium, queis uertice montis,
Aut magni templo Patris, aut de puppe Magiſtri
Contigit & ſanctas audire & diſcere uoces,
Dum placidus diuina docet mandata Parentis,
Hortaturq́; monetq́; pios: dumq́; abdita ſacris

Velat imaginibus, nulliq; audita priorum
In medium largus profert, atq; ora reſoluit.
Fortunatus & ille, Deum qui mira gerentem,
Velatumq; hominis facie, & mortalibus umbris
Vidit: ut inſuſas ſinu modò uerteret undas
Vitigenum in laticem, plenis modò liba caniſtris
Multiplicet, nunc ſquamigeros diſcumbere iuſsis
Sufficiat piſces, rapidis nunc ille procellis
Imperet, & tumidi domitor ſalis æquora uerbis
Increpet, & ſiccis inſiſtat cærula plantis?
Vtq; oculis capti claros Hyperionis orbes
Aſpiciant, & ſparſa polo uoluentia ſigna.
Quid dicam, quum clauda uiris ueſtigia firmat.
Vt facili greſsu incedant, & paſsibus æquis?
Vel quum muta diu torpentis uincula linguæ
Soluit, & obſtructas aperit poſcentibus aures?
Vt cælo deiecta Erebi nigrantia monſtra
Expulerit, feſſos hominum torpentia ſenſus?
Vt uarijs demum languentia corpora morbis
Inſtauret, caſus hominum miſeratus acerbos?
Iam uideo ſummi fulgentem in uertice montis:
Splendeſcit facies, nitidum iubar aurea uincit:
Iam ueſtis candore niues, candore nitentem
Exuperat lucem, & picti uaga ſidera cæli,
Alloquiturq; uiros: radijs en lucida nubes
Protegit ingenti ſtupefactos luminis igne.

Exultent

Exultent Solymorum arces, lætetur Idume:
Iam uenit qui terga maris, quiq; ætheris alti
Metitur ſpacia, & terrarum continet orbem.
Ecce uenit, tardi coſtis Rex altus aſelli
Inſidet, aerÿs reſidens qui nubibus altè
Fulmineo inuehitur curru, & mortalia corda
Terrificat: uenit ecce humilis inuiſere fines
Terra ingrata tuos, promiſſæ ingrata ſalutis.
Ite pÿ, placidoq; hilares occurrite Regi,
Sternite fronde uias: Pueri, innuptæq; puellæ
Concinite, & celebrate nouo noua gaudia cantu.
Hei mihi, quid largo cœleſtia lumina fletu
Perfundis bone Rex? ingratæ an funera gentis
Mens tua, & æternam longè uidet alta ruinam?
Ecce mihi ante oculos mira obuerſatur imago:
Ille ſuper uaſti retinens ſpacia ætheris undas,
Qui maris iratos fluctus, quiq; æquora placat,
Qui mare inexhauſtum creſcenti illidit arenæ,
In peluim diffundit aquas: & candida circum
Lina gerens, Rex ille hominum, Rex ille deorum,
Seruorumq; pedes lauat, & ueſtigia tergit.
Mirantur ſuperi Dominum, miratur & ipſa
Submiſſum Natura parens: ſtupor alligat artus
Seruorum: ſtupet ante alios conterritus omnes
Ipſe chori Princeps, tactusq; repentè refugit
Tanta miniſteria, & deiectum ante ora Magiſtrū.

Aſt illos dulci fundens ex ore loquelas
Inſtruit, & dictis mæſtos ſolatur amicis.
Ecce aliud longè maius: rerum ipſe Creator
In medio accumbens menſæ, mirabile dictu,
Largus opum, ſummiq; boni non inuidus unquam,
Cæleſtes epulas, diuini nectaris hauſtus,
Ipſe manu proprium pro caris corpus amicis
Apponit, uerum corpus, ſua uiſcera præbet.
Exin plena ſuo carcheſia ſanguine dextra
Porrigit, & Mundi precium bibit inſcia turba.
Ecce autem ſera egreſſum ſub nocte, ſecuti
Stant circum comites: Torrentia flumina tranſit
Impauidus, fidensq; animi: atq; hortenſia culta
Ingreßus, ſociosq; monet: tum poplite flexo
Patrem orat: tædet mortis perferre dolorem.
Ah dolor, ah pietas, ſacros tremor occupat artus,
Sanguineæq; cadunt Diuino è corpore guttæ.
Mox tamen è cœlo ſtellatis nuncius alis
Aduolat, & mæſtum pellit de corde timorem.
Inde alacer Patris imperio ſæua agmina contra
Procedit, gaudens uictricem occumbere mortem.
Vt primum fari cœpit, ſæua agmina retro
Lapſa cadunt: tanta eſt Regi inuiolata poteſtas.
Quid referam infidos comites? ſimulata clientis
Oſcula? & innocui precium exitiale cruoris?
Heu quæ nã aſpicio? manibus poſt terga reuinctis,

Ceu

Ceu quondam rapidi'ue lupi, impaſti'ue leones,
Inſontem rapiunt: alij, prò Numina ſancta,
Infandi ante ora Ducis, Regemq́; ſuperbum
Adducunt, dirisq́; addunt ludibria uerbis.
Heu dolor, heu lachrymæ: cœleſtia tempora duris
Configunt ſpinis: rorantia ſanguine cernas
Tempora, rorantesq́; comas, rorantia colla:
Sacratumq́; caput ſcelerata illudit arundo.
Prò ſcelus, ecce alij fulgentia lumina uittis
Impediunt: pugnis fœdant, miſerabile uiſu,
Oraq́, purpureasq́; genas, nunc fœda nitentem
Conijciunt ſputa in faciem. quò frontis honores,
Quò radij ceſſere tui, pulcherrime rerum?
Heu ubi ſiderei uultus? ubi dulcis imago?
Quis ô quis noſtras ſonus illætabilis aures
Ecce ferit? ruit ecce cohors accincta flagello,
Verberaq́; inſonuit: lacero de corpore ſanguis
Vbertim fluit, & roſeo rubet aula cruore.
Quis mihi nunc largis humectet lumina riuis?
Iam uideo tacitos horrenda ad funera greſſus,
Funereasq́; trabes, & mollia terga prementes.
Currite nunc mœſtæ utroq; à cardine gentes,
Aſpicite erecto ſuffixum robore Regem,
Quò uitam daret æternam mortalibus ægris,
Terrarum & cœli Regem: atq; indigna ferentem
Supplicia, & fixos dextra læuaq́; latrones.

 Cernite

Cernite perfoſſasq́; manus, ueneranda trabali
Fixa pedum clauo ueſtigia. cernite flexam
Ceruicem, lentumq́; caput. labentia morte
Luminaq́;, appoſitumq́; atro cum felle lyæum.
Iam patrem clamore uocat, lacrimisq́; profuſis,
Iam feſſum letho poſuit caput: arida ceruix
Dependet: laceros artus frigentis, & oſſa
Iam numerare queas. Tuq́; ô fidiſſima mater,
Infelix mater, ſanguis meus, aſpice Gnatum
Pendentem, notaq́; etiam te uoce uocantem:
Parcentemq́; reis, flentemq́; incommoda noſtra.
Vos illam lectæ comites, uos ſacra tenentem
Robora, transfoſſosq́; pedes, uos multa gementem,
Collapſamq́; ſolo excipite, & coniungite luctus.
Cur terras nox atra tenet, denſæq́; tenebræ?
Cur textum radijs celas caput, unde repentè
Phœbe tuos nigra inuoluis ferrugine uultus?
Cur refugis? medioq́; diem deperdis Olympo?
Nondum ſera uehit nocturnus lumina ueſper,
Tertia nec tardum ſonuit caua buccina ſignum.
An tibi curuato ſeſe tulit obuia cornu
Plena ſoror? fuluoq́; comas obnubit amictu?
An fugis immites contecto lumine terras,
Dira Mycenææ recolens conuiuia menſæ?
An Domini obſcuro teſtaris funera uultu,
Exequias pullo ſoluens adopertus amictu?

Quid

Quid loquor? inſolito concuſſa eſt maxima motu
Terra, ſuis quatiens latas cum mœnibus urbes:
Diſsiliuntq́ alto diſciſſa è uertice ſaxa.
Quin etiam motu circum quaſſante ſepulchra
Panduntur, rurſumq́ piæ ſua corpora ſumunt
Exutæ uinclis animæ: uelamina templi
Scinduntur, meritusq́ pauor ferit anxia corda.
En etiam exuuias fixi cuſtodia Regis
Sortitur, quaſſansq́ caput conuicia iactat.
Nec ſatis: extinctum Regem, & iam luce carentem
Inuadit ſcelerata manus: fera lancea dextrum
Transadigit latus: hinc, uiſu mirabile, ſanguis
Effluit, & niueus commiſto ſanguine liquor.
At uos inſontes animæ, fidiſsima Regi
Pectora, felices ambo, quos ſidera cœli
Certa manent, cunctisq́ decus memorabile ſæclis:
Queis Regem extinctum ſacro deponere ligno
Verus amor, uera & pietas, uerè inclyta uirtus
Monſtrauit, uos depoſiti frigentia Regis
Oraq́ languentesq́ oculos concludere ſuaſit.
Vos etiam duro confixas robore palmas,
Transfixosq́ pedes patrio de more ligatis.
Fortunati ambo, præſentia corpora uobis
Aeterni Regis licuit decorare ſepulchro,
Et lacrimis rorare pij crudelia Regis
Vulnera, & effuſum membris ſiccare cruorem:

Quin & Sidonio deuinctum inuoluere lino
Corpus, & Aſſyria conditum inſpergere myrrha.
Salue magne Parens Mundi, qui ſæcula ſolus
Inſtauras: uitamq; pijs, promiſſaq; cœli
Regna paras, nigramq; Erebo demittere Mortem
Morte tua: ſeruata tibi quæ dona rependet
Gens hominũ? quas & laudes & tẽpla dicabit?
Quis populus, quæ terra tuum non læta ſepulchrũ
Inuiſet, meritosq; aris imponet honores?
Nota loquor, terrarũ orbis uenerande ſepulchrum
Rex tibi ſemper erit: orbis tua nomina ducet.
Nec tamen in mutum cinerem, ſqualentiaq; oſſa
Diſſoluet mors atra tuum uenerabile corpus:
Tertia ſed cœlo quum primùm inuecta rubebit
Allatura diem ſuperis Tithonia coniunx,
Effractos Ditis uectes, diſiectaq; linquens
Clauſtra Erebi, ſuperas uictor remeabis ad auras,
Immortale tuum ſumens ſine pondere corpus.
Iam noua candente nituere crepuſcula Phœbo,
Extulit & toto radiantia lumina Mundo
Aſtrorum pater: inſolito uaga ſidera lapſu
Exercent choreas, felicibus aſſonat æther
Carminibus, & dia nouos dant agmina cantus,
Et noua felicem pertentant gaudia Matrem.
At ſocijs noua lux oculis clareſcere uiſa eſt,
Vt primùm clauſasq; fores, atq; inuia clauſtra

Intran-

Intrantem uidere nouo fulgore Magiſtrum.
Dum dubitant, manifeſta ſua dat ſigna ſalutis,
Oſtenditq́; manus, traiectaq́; pectora ferro.
Quin etiam appoſitum piſcem, & fragrantia mella
Veſcitur, & dictis titubantia pectora firmat.
Tum demum egregio diuinum Flamen ab ore
Inſpiratq́; aperitq́; uiris uenientia ſæcla:
Et cœli reſerare fores, & claudere donat.
Dicite iam Domino noua carmina, dicite gentes,
Felices hominum gentes: iamq́; ardua cœli
Regna patent, patriũq́; aperit Rex altus Olympum.
Namq; quater denos ubi Sol induxerit ortus,
Humanosq́; artus, humanaq́; membra ferentem
Cernere erit ſuperas Regem conſcendere in auras.
Qualis iò celſi ſacro de uertice montis
Vi propria ætherias fertur ſublimis in auras.
Alipedes circum Superi comitantur euntem:
Mirantur, gaudentq́;, & dulcia carmina ludunt,
Et tuba felici reſonat ſuper æquora cantu.
Non'ne uides? liquido nebulæ contectus amictu
Victor ouans, cœloq́; alacris inuectus aperto,
Aſcenſu ſolisq́; uias & ſidera tranat:
Ignotasq́; homini ſedes, cœleſtia tecta
Ingreditur, Superosq́; altè tranſmiſſa uolentes
Cœleſtes humana tenet Natura receſſus.
Inde alti Patris imperio fulgentia dextra

Membra locat, ſolio æternùm ſpectabilis aureo.
At ſociûm generoſa cohors uiduata, Magiſtrum
Scandentem liquidas cœli ſuſpectat in auras.
Lætatur tamen, & fixo per inania uultu
Sublatum ſequitur: donec radiantis Olympi
Emenſus ſpacia alta, leues diſceßit in auras.
Inde domum ſeſe referunt, promißaq́; læti
Expectant dona, & precibus promißa repoſcunt,
Roſcida puniceis quũ primùm Aurora quadrigis
Quinquaginta leues cœlo confecerit orbes.
Talia ueridico fundebat pectore Vates.
Ille canit: liquidis reſpondet uocibus Echo,
Et lætos circumingeminant ſacra agmina plauſus.
Pòſt hinc digreßus, qua uerſicoloribus arua
Plena roſis, uernosq́; interſtrepit aura colores,
Concilia Heroum gaudens, cœtusq́; beatos
Oſtendit, claros pietate, ac legibus acres:
Qui leges mundo poſuere, atq; inclyta iura
Gentibus: & totum uictricia ſigna per orbem
Tollentes, præcepta ſui docuere Magiſtri,
Poſt mißum è cœlo Flamen, promißaq́; dona,
Poſt auræ ætherios diuini muneris ignes.
Hos, inquit, Rex ille alti fabricator Olympi
Omnipotens CHRISTVS bißena in ſede loca-
Et dabit innumeras ſecum diſcernere gentes: (bit,
Quũ cœlo aduenìens, Superûm comitante caterua,
Efful-

Effulgens latè, Patrioq́ ardore coruſcus,
Exuret labem infectam, & mortalia membra:
Quum terras, camposq́ maris, cœlumq́ profundum
Exterrens uox miſſa polo diuina tubarum,
Excibit cineres, & corpora luce carentum:
Humanumq́ genus ſolio ſpectandus ab alto
Quattuor à uentis ſecreta in ualle locatum
Diſcernet: Scelerata cohors, atq́ impia turba,
Aeternùm infelix, æterna incendia paſcet.
Contrà autem queis cura poli, qui iuſſa ſequuntur
CHRISTE tua, æternis indeficientia ſaclis
Regna dabis, tecum & Patrijs diſcumbere menſis.
Quæ poſtquam edocuit cœleſti ex ore Sacerdos,
Tunc ego ſuppliciter paſſis ad ſidera palmis:
Omnipotens Genitor, rerum cui firma poteſtas,
Cuncta ſupercilio torquens, quas ſoluere grates
Eualeam? quæ digna ſatis tibi uota rependam?
Qui me tot pelagi iactatum agitantibus undis,
Errantemq́ domo procul, atq́ ignota petentem,
Non expectato ſubducere carbaſa portu
Das pater, & dulci feſſum conſidere terra.
Quòd ſi quis noſtris precibus locus, annue uotis
Rex Superûm, & facilẽ præbe uenerantibus aurẽ:
Hic mihi quod ſupereſt æui, quodcũq́ relictum eſt,
Da Pater exigere, & dulcem traducere uitam,
Molliter ut campis felicibus oſſa quieſcant.

Et

Et quum ſumma dies animum de carcere cæco
Soluerit, & feſſos animæ ſubduxerit artus,
Stellantes Hortos ſuperûm, cœleſtia culta
Antiquæ patriæ aſpiciam, cœtusq́ perennes:
Quos patria æternùm pollens Sapientia luce
Perfundit CHRISTVS, manifeſto & lumine
Dumq́ illi uultu non exaturãtur amato, (paſcit.
Aeternisq́ bonis, æterna & pace fruuntur.

BASILII ZANCHII

POEMATVM LIber II.

ALETHES, SIVE ABRAhamus.

IAM nitidus diſperſa polo uaga ſidera Veſper
Duxerat, & blando candens noua lumine Phœbe
Extulerat cœlo iam cornua: quum grauis annis,
Et rerum prudens, & ſeruantiſsimus æqui
Egreditur, campoq́ alacris ſpatiatur aperto:
Quà fines Chaldæa tuos, ditiſsimaq́ arua
Felicis Syriæ, non uno flumine Tigris
Alluit, & magno præceps confunditur amni.

Lucen-

Lucentemq́ globum ſtellarum, & proxima Lunæ
Regna uidens, cœliq́ uias, tractusq́ profundos,
Impoſitosq́ altis immenſos orbibus orbes
Suſpiciens, uaſtiq́ ingentia mœnia mundi,
Miratur, gaudensq́ animo ſic uoluit Alethes:
Felix ille animi, fortunatusq́ laborum,
Qui uerum auctorem, & rerũ cognoſcere cauſam
Eualuit, Patremq́ hominum, Patremq́ deorum:
Dum Cœlum, cœliq́ plagas, uariosq́ meatus
Suſpiciens, ſeu ſpirantis latè aeris oras,
Immenſos pelagi tractus fluitantibus undis
Miratur, terramq́ ſua ſe mole tenentem:
Dum modò naſcentem rubro de gurgite Phœbum,
Atq; coloratos Phœbea lampade Perſas,
Et modò in occiduum uergentia littora Solem
Proſpicit: & quà terra tepet ſpirantibus Auſtris,
Quaq́ riget Cynoſura polo, glacieq́ rigenti
Deſeritur nullis tellus habitata colonis.
Nam Deus omnipotens patrio deuinctus amore
De nihilo cœlum, terras, mare, cuncta creauit:
Atq; hæc humanæ genti ſpectanda reliquit,
Vt claro uelut in ſpeculo, liquidó ue electro,
Auctorem tantorum operũ, atq; in nube latentem,
Lactea ceu puro lucet roſa condita uitro,
Cerneret: & ſacro illius ſuccenſa calore,
Et Patrem ſemper noſſet, præq́ omnibus unum

Dili-

Diligere, & poſitis ſciret uenerarier aris:
Quàm bene pro meritis, pro relligione manerent
Præmia, uictricesq́ alto ſub Iudice palmæ.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Ac primùm, uiden' ut concreto corpore Tellus
Indefeſſa manens, & magnâ mole ſua ſtans,
Quattuor in uentos ſua brachia porrigit ingens.
Hæc deſerta ſiti latè iacet: illa pruinis
Obruitur, nunquamq́ gelu uiduatur, & imbri.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hic altos ſeſe in montes, & proxima cœlo
Attollit iuga terrificis circundata nimbis:
Hic campos latè ingentes, hic mollia prata
Explicat, & cultis gemmantia culta roſetis.
Nunc etiam horrentes ſyluas, ſaltusq́ profundos,
Et nemora alta tenet, depreſſasq́ incola ualles.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hæc laxos reſoluta ſinus, reſoluta papillas,
Educat innumeros lactentia pignora fœtus.
Hinc uideas lætis flaueſcere frugibus arua,
Arboribus pendere ſuis redolentia mala,
Lucere & uiridi turgentes palmite gemmas.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Parte alia Parios lapides, & grandia ſaxa
Sufficit, & ferri uenas, ærisq́ metalla,
Argentiq́, auriq́, & uerſicoloribus ora

Inſignit

Inſignit gemmis, aut purpurea cryſtallo.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hæc eadem uarios hominum ſummittit in uſus
Pubentes herbas: blandis modò floribus hortos
Pingit, & infuſo permulcet membra liquore.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Quid fruticum genus? & non uno nomine plantæ?
Quarũ aliæ campoſq; tenent, & flumina, ſummos
Aſt aliæ montes: alijs freta ſalſa cauatis
Currimus, excelſas alijs componimus ædes:
Hæ folijs, fructuq; tenent mortalia corda.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
An uarias pecudum ſpecies, armenta, feraſq;
Enumerem? pars umbroſis latet abdita ſyluis,
Et rupes atq; antra colit: pars paſcua læta
Ingreditur, paſcitq; cauis in uallibus agmen.
Hæ dociles, hæ non unquam manſueſcere norunt.
Pars & connubia, & conſortia fœdera ſeruant:
Verùm aliæ rupere fidem, pactoſq; hymenæos.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Quid referam, liquido amplexu qui cõtinet orbem,
Oceanum? Quid tot terrarum millia multa
Commemorem maria incuruis obeuntia lymphis,
Littoraq; irato ſemper pulſantia fluctu?
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Infidi ne minas pelagi contemnere nautas

Admi-

Admirer? nunc armatas ſuper æquora claſſes
Et uelis aptare, & lentis pellere remis:
Nunc etiam maria alta leui decurrere cymba.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Squamigeras memorē pecudes, genus omne natan-
Vitāq; & ſtudia, & partus, tædasq; iugales, (tū,
Conſilia, & uarias fraudes, & martia bella?
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Piſcoſos'ne lacus, præterlabentia narrem
Flumina, & irriguis rorantia fontibus antra,
Et dulces per prata leui cum murmure riuos,
Et uiridi ſtagna alta ſuper circunlita muſco?
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Non'ne uides ſpacia alta, leues & luminis auras,
Aeris immenſi campos? hinc nubila nimbis
Aſpergunt ſata læta, & ſæuo flamine uenti,
Nunc quatiunt terrarū orbē: nunc marmora ponti
Attollunt cœlo, atq; ingenti uortice naues
Affligunt ſcopulis multa ui, & littora complent.
Hic pictæ pennis uolucres per inane profundum,
Exultant, dulcesq; modos per guttura fundunt,
Teſtanturq; diem: mox pignora cara reuiſunt.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Suſpice iam cœlum, ſecretiq; ætheris oras,
Aſtrorumq; choros: rapida uertigine circum
Voluitur ingentis ingens quæ machina Mundi,

Quà largus liquidi fons luminis aurea primùm
Lumina diffundit Titan, lętisq; retexit
Auricomum terris caput, & nigrantia curru
Flammifero pellit diſiectis nubila nimbis,
Et luſtrat, firmatq; ardenti cuncta uapore.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hic nobis biſſena uehit per ſidera certas
Alternis operumq; uices, operumq; labores:
Hic etiam hybernæ genialia frigora brumæ
Adducit, ſyluisq; comas & brachia tondet:
Et nunc uere nouo uiridantia brachia reddit,
Arboribusq; comas: rapidi modò colla Leonis
Comprimit, & grauidæ diſtentant horrea meſſes:
Et modò pampineis connectit ſerta racemis,
Vndantiq; implet ſpumantia dolia muſto,
Vimineisq; legit beneolentia poma caniſtris.
Ille etiam uentos, tempeſtatesq; futuras,
Atq; imbres æſtusq; graues & frigora monſtrat.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Ipſa etiam cœli decus, & regina bicornis
Per noctem radijs lucem uehit, oraq; monſtrat
Erranti, certoq; refert uaga tempora curſu.
Hæc ubi fraternum ſplendens latè accipit ignem,
Tunc eſt pura magis, faciemq; ſimillima uitro.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hæc eadem ſtellarum ignes, fulgentia ſigna

Oceanumq́;, nouamq́; facem prætendit Olympo
Auricomus Sol, ut rubra ſeſe extulit unda.
Per te Luna ſuos exercet menſtrua curſus,
Fraternas imitata rotas: nunc candida cornu
Explicat, & geminũ nunc contrahit aurea cornu.
Aſtrorum per te ſtellis uariantibus ignes
Nunc lucent cœlo, nunc & ſua lumina condunt.
Te Pater, aurato uectum per inania curru
Cuncta tremũt: quatitur tellus, grãdæuaq́; Tethys:
Et uolucres fugere polo, bipatentis Olympi
Porta patet, cœliq́; domus tonat icta fragore:
Quum grauis ingenti iacularis fulmina dextra,
Horrificasq́; faces, & miſtos ignibus ignes.
Per te primus homo, genus à quo principe noſtrum,
Conſtitit: ille tui pater Omnipotentis imago,
Cui mentem, legesq́; ſacras, atq; ora dediſti,
Largus opum: te te ut Patrem cognoſcere poßet,
Et colere, & meritas gratus tibi dicere laudes.
Summe Deûm, tu cuncta creas: tuq́; ordine certo
Cuncta locas, cunctisq́; uolens tu conſulis unus.
Te ternumq́; unumq́; canam: natum optime de te
Aequalem generas, immortalemq́; Parente:
Vnde Amor ex uno ceu fonte emanat aquai,
Immortalis Amor, nexu qui cuncta tenaci
Colligit, & Patri Natum coniungit amato.
Ipſe canam, qui nulla unquam primordia nouit,

Nata-

Natalisq́; die expertem, & ſine fine regentem
Imperij longè lateq́; potentis habenas,
Reddentemq́; pijs æternæ præmia uitæ:
At ſontes barathro claudentē, et nocte profunda:
Mortales fugientem oculos, non lumine uiſum
Mortali: quem nulla queat de marmore ductum
Docta manus, ſolidóue auro, nitidóue elephanto
Fingere, & in ſuperas producere luminis oras.
Non tamen omnino tacitum, ignotum'ue reliquit
Se pater humanæ genti: ſed plurima terris
Signa dedit, quibus occultum cognoſcere poßet,
Quantum animi ſufferre ualent, depreſſaq́; corda.
Hunc referā, quem nulla uirûm cōprendere poßit,
Non Superûm uis ulla: ſibi qui cognitus uni,
Ipſe ſui locus, ipſe ſui ſuccenſus amore,
Ipſe ſibi uita, immenſi ſpacia ardua cœli
Colluſtrat, pelagiq́; ſinus, terraſq́; latentes:
Nec quicquam claros Diuini luminis orbes
Effugit, immotusq́; iubet quæcunq; creata
Stare loco: ſummiq́; boni non inuidus unquam,
Cuncta fouet, manuumq́; uolens opera alta ſuarum
Diligit, & uitæ iucundo munere donat.
Alme ueni, facilisq́; ueni, & miſerere tuorum:
Ponderibusq́; leues preßos, & tolle per auras
Sublimes animis, terrenamq́; exue mentem:
Et mentem inſpira, dulci quæ ſaucia cura

Te quærens uenerande Pater, nil dulce requirat
Te præter: ſine te uitam experiatur amaram:
O mentis ſincera quies, ô uera uoluptas:
Vt tandem letho eductos, & carcere cæco,
Excipias lætus gremio: lacrimantia tergens
Ora manu, Pater alme manu, quæ ſidera cœlo
Impoſuit, finxitq́ nouis animantibus ora.
O quas tunc lacrimas, ò quæ ſuſpiria læta
Quiſq́ dabit, uultu tandem ſaturatus amato?

IN NATALEM CHRISTI Hymnus.

EDuxitquondam Pharijs è finibus acri
Seruitio malè compreſſam per ſæcula gentem
Regnator Diuûm atq́ hominũ, & (mirabile uiſu)
Incolumem Rubra populum ſeruauit arena:
Promiſſamq́ olim conſtanti fœdere terram
Tradidit, & caris exercitus appulit oris.
At nunc ſponte ſua ſeclorum tempore certo
Ille opifex rerum, & ſummi mens alta Parentis,
Qui circum clara ſeptus caligine Mundum
Temperat, atq́ oculis radiantibus omnia luſtrat,
Sede ſedens cœli medio: quiq́ extima terræ
Et pedibus premit: immotus uertitq́ regitq́,
Oceaniq́ extra fines & ſidera dextram
Porrigit ingentem, circum maria alta tremiſcunt,

Flu-

Fluminaq́, uallesq́ cauæ, ſaltusq́ profundi,
Diſsiliuntq́ imis conuulſæ à ſtirpibus orni:
Virginis intactam cœlo delapſus in aluum,
Naſcitur, æternos & Virginitatis honores
Seruat adhuc Puer ætherias productus in auras:
Et cœlum, cœliq́ uias mortalibus ægris
Tandẽ aperit, patrioq́ hominẽ tranſcribit Olympo,
Exilio æterno, tenebrisq́ ardentis Auerni
Soluentem primi commiſsa piacula patris:
Aeterno æternùm genitus PATRE: cuius aperto
Egreſsus gremio, ſerui ſub imagine uixit:
Aeternusq́ manens, mortales induit artus:
Vt tandem letho functus mortalia membra
Exueret, uictor ſpolijs indutus Auerni,
Eductisq́ Erebo ſecum felicibus umbris:
Atq́ hominem tellure noua, cœloq́ recenti
Largus, & æternæ donaret munere uitæ,
Hic ubi poſt grandes donorum ex ordine aceruos
Innumerabilibus durabunt gaudia ſæclis.
Te naſcente, nouam ſenſerunt ſæcula pacem
Magne Puer, tunc terra nouis aucta eſt hymenæis,
Dum cœlum terræ concordi fœdere iungis,
Atq́ iterum digeſta tener primordia mundus
Senſit, & æternis ſubiectum legibus orbem:
Dulce renidenti defluxit ab æthere nectar,
Quale nec Hybla uirẽs, nec apũ fœcundus Hymetti

Mittit apex, nec rara ſua Panchaia meſſe.
Teq; nouo cœli ſeptena uolumina cantu
Naſcentem cecinere: tuis natalibus æthram
Colluſtrat lætata cohors flammantis Olympi:
Et picturatis colludens æthere pennis,
Gratatur reducem poſt ſæcula longa quietem.
Heſperus Oceanum cantu detentus Olympo
Reſpuit, & longas conceſſit montibus umbras.
Iordanes pater illuſtri reſonantia cælo
Carmina, cæleſteſq; choros plaudentibus alis
Audijt, & mirata nouos uaga flumina curſus
Detinuit, micuere nouis noua lumina lymphis:
Extollenſq; imo ripis florentibus alueo
Cæruleum caput, & ſtillantia cornua muſco,
Lacte nouo, candore nouo ſua flumina cernit,
Et circum geminas tunc primùm albeſcere ripas:
Indignanſq; diu, mox tandem erumpit, & ultro
Inſontes confundit aquas lethalibus undis.
Ipſa etiam, molli uiridantis margine ripæ
Iordanis, formoſa comis frondentibus arbos,
Aetherias tremulo contingens uertice nubes
(Illam imbres nutriere, rigant uicina fluenta,
Educunt tenero ſalientes gramine riui:
Non illi certent annoſo robore quercus,
Idææ pinus, aut conifera cypariſſi,
Aut ramoſa polo tollentes brachia cedri:

Hic

Hic nidos ſtruere, & dulces inuiſere fœtus
Alituum genus, & denſis conſidere ramis
Sæpe ſolet, tenuiq́ diem prædicere cantu)
Vt primùm naſcentem orbi lætiſsima ſenſit,
Brachiaq́, intonſumq́ caput ſimul inclinauit
Naſcenti Puero, Regiq́, Hominiq́, Deoq́:
Et circum latè ambroſium iactauit odorem:
Et lætæ ſtrepuere nouo cum murmure frondes.
Et noua uicinæ ſudaſtis balſama ſyluæ:
Et noua felices legiſtis tura Sabæi.
Nec non & Libani frondoſo in uertice pinus,
Et cedri coluere Deum maioribus umbris:
Summiſitq́ nouo Tellus munuſcula ritu
Candentes uiolas, & cæruleos hyacinthos,
Purpureasq́ roſas cum uerſicoloribus herbis.
Ipſe etiam inſuetos lætanti gutture cantus
Fuderunt uariæ circum pia turba uolucres.
Quis dubitet, deſerta pij cunabula Regis,
Obſcuramq́ domum, & uacuum cultoribus antrũ,
Tunc autem cœlumq́ nouum, ſedesq́ beatas
Mirantem, ſparſiſſe nouo Titana colore?
Et luſtraſſe nouo candentem lumine Phœben?
Vos quoq; cuſtodesq́ gregis, pecorisq́ magiſtri,
Nocte ſuper media, medioq́ ſub ætheris axe
Dum canitis, reſonatq́ nouum caua tibia carmen,
Inſolitam lucem uidiſtis, ouantia cœlo

Agmina, & inſolito fulgore micantia ſigna.
Felices, cæli Regem uidiſse ſub antro,
Queis licuit, poſitum congeſto in ſtramine Regem,
Stramine, Sarrano cedat cui purpura fuco,
Veſtis & Attalicis præfulgens ſtragula textis:
Quò genus humanum cæleſti in ſede locaret,
Oſculaq; ambroſijs fixiſſe trementia plantis:
Cernere & æternos diuinæ Matris honores,
Diuinæ Matris, roſeus cui lactea pingit
Ora rubor, lucet ſacro reuerentia uultu,
Ardentesq; chori circum fulgente corona,
Qualis prima inter collucet ſidera Veſper,
Qualis & aduerſo conſurgit Cynthia Phœbo.
At tibi Diua Parens tacitã quæ gaudia mentem
Pertentant, dum læta tuum, tua uiſcera Regem
Suppliciter pudibunda uides, atq; oſcula iungis,
Contrectasq; manu, preſſamq; ad pectora puro
Rore rigas uitamq; hominum, uitamq; Deorum?
At tibi ſumme Pater rerũ, tibi maxima Chriſte
Gratia, qui pacem æternam, qui gaudia uitæ
Concilias, mortemq; tuis Natalibus orco
Demittis, mergisq; chao & caligine cæca.
Tu noſtri generis Puer es, tu ſanguinis auctor,
Humanosq; uolens non dedignare labores.
Per te, natalemq; tuum da maxime Rector,
Rectorem ſanctè in terris tua munera IVLVM

Tra-

Tractare, & dubiam per tot maria aſpera cymbã
Et regere, & tuto tandem ſubducere portu.
Tuq; adeò noua lux Superûm, tu gloria cœli,
Omnigenûm Regina Deûm, ſanctiſsima Mater
Virgo, coronatis tibi ſi fumantia templis
Tura calent; ſi perpetuis tua nomina faſtis
Mandamus, uotaſq; tibi Dea ponimus aras:
Per te, per qui te talẽ M A R I A *optima Matrẽ*
Delegit, poſce ô finem miſerata malorum
Tantorum, poſce optatam placidiſsima pacem:
Vt nato, Matriq; pij reddantur honores,
Et noua ſuccreſcat proles, quæ Flamine ſancto
Incumbat generis lapſi ſarcire ruinas.

IN BAPTISMA CHRISTI Hymnus.

NVnc nũc ô queis cura poli, fidiſsima Chriſto
Pectora, Nazaræ fines, Galileiaq; arua
Linquite: Iudæamq; ſimul, ripaſq; petamus
Iordanis, Chriſtumq; ducẽ uada ad alta ſequamur.
Ecce ignotus, egens, multiſq; è millibus unus
Ingreditur, patrijq; accedit fluminis undam:
Abluat ut ſanctum ſacrato in flumine corpus,
Et penitus labem infectam mortalibus ægris
Diluat, & primi ſoluat commiſſa parentis.
Iam Vatẽ excellentẽ, & inhoſpita teſqua colentẽ,

Præ-

Diligere, & poſitis ſciret uenerarier aris:
Quàm bene pro meritis, pro relligione manerent
Præmia, uictriceſq; alto ſub Iudice palmæ.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Ac primùm, uiden' ut concreto corpore Tellus
Indefeſſa manens, & magnâ mole ſua ſtans,
Quattuor in uentos ſua brachia porrigit ingens.
Hæc deſerta ſiti latè iacet: illa pruinis
Obruitur, nunquamq; gelu uiduatur, & imbri.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hic altos ſeſe in montes, & proxima cœlo
Attollit iuga terrificis circundata nimbis:
Hic campos latè ingentes, hic mollia prata
Explicat, & cultis gemmantia culta roſetis.
Nunc etiam horrentes ſyluas, ſaltuſq; profundos,
Et nemora alta tenet, depreſſaſq; incola ualles.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hæc laxos reſoluta ſinus, reſoluta papillas,
Educat innumeros lactentia pignora fœtus.
Hinc uideas lætis flaueſcere frugibus arua,
Arboribus pendere ſuis redolentia mala,
Lucere & uiridi turgentes palmite gemmas.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Parte alia Parios lapides, & grandia ſaxa
Sufficit, & ferri uenas, æriſq; metalla,
Argentiq;, auriq;, & uerſicoloribus ora

Inſignit gemmis, aut purpurea cryſtallo.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hæc eadem uarios hominum ſummittit in uſus
Pubentes herbas: blandis modò floribus hortos
Pingit, & infuſo permulcet membra liquore.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Quid fruticum genus? & non uno nomine plantæ?
Quarũ aliæ campoſq; tenent, & flumina, ſummos
Aſt aliæ montes: alijs freta ſalſa cauatis
Currimus, excelſas alijs componimus ædes:
Hæ folijs, fructuq; tenent mortalia corda.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
An uarias pecudum ſpecies, armenta, feraſq;
Enumerem? pars umbroſis latet abdita ſyluis,
Et rupes atq; antra colit: pars paſcua læta
Ingreditur, paſcitq; cauis in uallibus agmen.
Hæ dociles, hæ non unquam manſueſcere norunt.
Pars & connubia, & conſortia fœdera ſeruant:
Verùm aliæ rupere fidem, pactoſq; hymenæos.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Quid referam, liquido amplexu qui cõtinet orbem,
Oceanum? Quid tot terrarum millia multa
Commemorem maria incuruis obeuntia lymphis,
Littoraq; irato ſemper pulſantia fluctu?
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Infidi ne minas pelagi contemnere nautas

Admi-

Admirer? nunc armatas ſuper æquora claſſes
Et uelis aptare, & lentis pellere remis:
Nunc etiam maria alta leui decurrere cymba.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Squamigeras memorē pecudes, genus omne natan-
Vitāq; & ſtudia, & partus, tædasq; iugales, (tū,
Conſilia, & uarias fraudes, & martia bella?
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Piſcoſos'ne lacus, præterlabentia narrem
Flumina, & irriguis rorantia fontibus antra,
Et dulces per prata leui cum murmure riuos,
Et uiridi ſtagna alta ſuper circunlita muſco?
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Non'ne uides ſpacia alta, leues & luminis auras,
Aeris immenſi campos? hinc nubila nimbis
Aſpergunt ſata læta, & ſæuo flamine uenti;
Nunc quatiunt terrarū orbē: nunc marmora ponti
Attollunt cœlo, atq; ingenti uortice naues
Affligunt ſcopulis multa ui, & littora complent.
Hic pictæ pennis uolucres per inane profundum,
Exultant, dulcesq; modos per guttura fundunt,
Teſtanturq; diem: mox pignora cara reuiſunt.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Suſpice iam cœlum, ſecretiq; ætheris oras,
Aſtrorumq; choros: rapida uertigine circum
Voluitur ingentis ingens quæ machina Mundi,

Quà

Quà largus liquidi fons luminis aurea primùm
Lumina diffundit Titan, lætisq́; retexit
Auricomum terris caput, & nigrantia curru
Flammifero pellit disiectis nubila nimbis,
Et luſtrat, firmatq́; ardenti cuncta uapore.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hic nobis biſſena uehit per ſidera certas
Alternis operumq́; uices, operumq́; labores:
Hic etiam hyberna genialia frigora brumæ
Adducit, ſyluisq́; comas & brachia tondet:
Et nunc uere nouo uiridantia brachia reddit,
Arboribusq́; comas: rapidi modò colla Leonis
Comprimit, & grauidæ diſtentant horrea meſſes:
Et modò pampineis connectit ſerta racemis,
Vndantiq́; implet ſpumantia dolia muſto,
Vimineisq́; legit beneolentia poma caniſtris.
Ille etiam uentos, tempeſtatesq́; futuras,
Atq; imbres æſtusq́; graues & frigora monſtrat.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Ipſa etiam cœli decus, & regina bicornis
Per noctem radijs lucem uehit, oraq́; monſtrat
Erranti, certoq́; refert uaga tempora curſu.
Hæc ubi fraternum ſplendens latè accipit ignem,
Tunc eſt pura magis, faciemq́; ſimillima uitro.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Hæc eadem ſtellarum ignes, fulgentia ſigna

Exoriens ſecum reuehit: queis nomina certa
Ille dedit, cœlum & terras qui numine uerſat.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Parua loquor, quæ uox hominē canat? aurea Patris
Tu ſemper, tu cara mage omnipotenis imago,
Ingentisq; inſtar Mundi: tibi cuncta creauit
Ille ſator rerum, & rerum dedit eſſe potentem.
Noſce tuum mirata parens Natura Parentem.
Rex hominum, rex cœlicolûm, qui lucida torques
Sidera, qui manuum ſeruas opera alta tuarum,
Da Pater, hæc dum cuncta mihi mirāda uidentur,
Te ſolum rerum auctorem, tua Maxime tantum
Iuſſa ſequi, & ſanctis uenerari altaria donis.
Vt tandem Pater ipſe tui deuinctus amore,
Cœleſtis patriæ in ſedes, & lucida templa
Transferar, & ſuperûm communia gaudia cernā.
Illic immenſam Lucem te in luce uidebo
Omnipotens Genitor: tua tunc pulcherrima Diuis
Clareſcet facies, claro tunc gaudia uultu
Accipient nullis indeficientia ſæclis:
Tunc te, perpetua Rex iucundiſſime uita,
Ipſe fruar. tu uota tuo Pater omine firma.
Vix hæc ediderat: tremulū iubar æthere ab alto
Quum miſit Pater omnipotens, atq; aurea nubes
Fulgorem horrificum cœlo dedit: inde per auras
Orantis uox miſſa pias peruenit ad aures.

Ne dubita, nam uota Deûm tua maximus auctor
Annuit: & cælo tandem tua te inclyta Virtus
Transferet, & rerum Patrem ſpectare licebit
Subnixum ſolio, & radiantem luce coruſca,
Paſcentemq́; animũ, & ſaturantẽ lumina Diuûm.

HYMNVS IN DEVM.

OMnipotẽs, ter ſancte Pater, nil laudis egentẽ
Te canimus: tibi thura damus: tua nomina (cælo
Tollimus, et meritos aris ſacramus honores.
Id facimus, tua magne Parens tua iuſſa ſecuti:
Qui nunquam niſi dulce pijs, nil triſte uolenti
Præcipis, & noſtras ad te trahis Optime mentes.
Has igitur laudes, atq; hæc tibi debita ſemper
Accipe, & humanis mitis Deus annue cœptis.
Te Patrem æternum colimus, diſtantia Mundi
Implentem ſpacia, & nutu maria alta regentem,
Terrarumq́; ſola, atq; ingentes ætheris oras:
Per quem felices choreas gens incola cœli
Circum agitat, felixq́; tuo dependet ab ore,
Et nunquam defeſſa tuis ſua laudibus ora
Soluit, & æternis reſonat cõcentibus æthram.
Per quem certa ſuo uoluuntur ſæcla meatu,
Temporaq́; & certis diſtinctus partibus annus
Labitur, & flexo ſeſe breuis implicat orbe.
Per quem purpureo conueſtit lumine terras,

Oceanumq́ue,nouamq́ue facem prætendit Olympo
Auricomus Sol,ut rubra ſeſe extulit unda.
Per te Luna ſuos exercet menſtrua curſus,
Fraternas imitata rotas:nunc candida cornu
Explicat, & geminũ nunc contrahit aurea cornu.
Aſtrorum per te ſtellis uariantibus ignes
Nunc lucent cœlo,nunc & ſua lumina condunt.
Te Pater,aurato uectum per inania curru
Cuncta tremũt: quatitur tellus,grãdæuaq́ue Tethys:
Et uolucres fugere polo,bipatentis Olympi
Porta patet,cœliq́ue domus tonat icta fragore:
Quum grauis ingenti iacularis fulmina dextra,
Horrificasq́ue faces,& miſtos ignibus ignes.
Per te primus homo,genus à quo principe noſtrum,
Conſtitit:ille tui pater Omnipotentis imago,
Cui mentem,legesq́ue ſacras,atq́ue ora dediſti,
Largus opum:te te ut Patrem cognoſcere poſſet,
Et colere, & meritas gratus tibi dicere laudes.
Summe Deûm,tu cuncta creas:tuq́ue ordine certo
Cuncta locas,cunctisq́ue uolens tu conſulis unus.
Te ternumq́ue unumq́ue canam:natum optime de te
Aequalem generas,immortalemq́ue Parente:
Vnde Amor ex uno ceu fonte emanat aquai,
Immortalis Amor,nexu qui cuncta tenaci
Colligit,& Patri Natum coniungit amato.
Ipſe canam,qui nulla unquam primordia nouit,
Nata-

Natalisq́ die expertem, & ſine fine regentem
Imperij longè lateq́ potentis habenas,
Reddentemq́ pijs æternæ præmia uitæ:
At ſontes barathro claudentẽ, et nocte profunda:
Mortales fugientem oculos, non lumine uiſum
Mortali: quem nulla queat de marmore ductum
Docta manus, ſolidóue auro, nitidóue elephanto
Fingere, & in ſuperas producere luminis oras.
Non tamen omnino tacitum, ignotúmue reliquit
Se pater humanæ genti: ſed plurima terris
Signa dedit, quibus occultum cognoſcere poſſet,
Quantum animi ſufferre ualent, depreſſaq́ corda.
Hunc referã, quem nulla uirûm cõprendere poſſit,
Non Superûm uis ulla: ſibi qui cognitus uni,
Ipſe ſui locus, ipſe ſui ſuccenſus amore,
Ipſe ſibi uita, immenſi ſpacia ardua cœli
Colluſtrat, pelagiq́ ſinus, terraſq́ latentes:
Nec quicquam claros Diuini luminis orbes
Effugit, immotuſq́ iubet quæcunq́ creata
Stare loco: ſummiq́ boni non inuidus unquam,
Cuncta fouet, manuumq́ uolens opera alta ſuarum
Diligit, & uitæ iucundo munere donat.
Alme ueni, facilisq́ ueni, & miſerere tuorum:
Ponderibuſq́ leues preſſos, & tolle per auras
Sublimes animis, terrenamq́ exue mentem:
Et mentem inſpira, dulci quæ ſaucia cura

Te quærens uenerande Pater, nil dulce requirat
Te præter: ſine te uitam experiatur amaram:
O mentis ſincera quies, ô uera uoluptas:
Vt tandem letho eductos, & carcere cæco,
Excipias lætus gremio: lacrimantia tergens
Ora manu, Pater alme manu, quæ ſidera cœlo
Impoſuit, finxitq́ nouis animantibus ora.
O quas tunc lacrimas, ò quæ ſuſpiria læta
Quiſq dabit, uultu tandem ſaturatus amato?

IN NATALEM CHRISTI Hymnus.

EDuxit quondam Pharijs è finibus acri
Seruitio malè compreſſam per ſæcula gentem
Regnator Diuûm atq hominũ, & (mirabile uiſu)
Incolumem Rubra populum ſeruauit arena:
Promiſſamq́ olim conſtanti fœdere terram
Tradidit, & caris exercitus appulit oris.
At nunc ſponte ſua ſeclorum tempore certo
Ille opifex rerum, & ſummi mens alta Parentis,
Qui circum clara ſeptus caligine Mundum
Temperat, atq oculis radiantibus omnia luſtrat,
Sede ſedens cœli medio: quiq́ extima terræ
Et pedibus premit: immotus uertitq́ regitq́,
Oceaniq́ extra fines & ſidera dextram
Porrigit ingentem, circum maria alta tremiſcunt,

Fluminaq́, uallesq́ cauæ, ſaltusq́ profundi,
Diſſiliuntq́ imis conuulſæ à ſtirpibus orni:
Virginis intactam cœlo delapſus in aluum,
Naſcitur, æternos & Virginitatis honores
Seruat adhuc Puer ætherias productus in auras:
Et cœlum, cœliq́ uias mortalibus ægris
Tandē aperit, patrioq́ hominē tranſcribit Olympo.
Exilio æterno, tenebrisq́ ardentis Auerni
Soluentem primi commiſſa piacula patris:
Aeterno æternùm genitus PATRE: cuius aperto
Egreſſus gremio, ſerui ſub imagine uixit:
Aeternusq́ manens, mortales induit artus:
Vt tandem letho functus mortalia membra
Exueret, uictor ſpolijs indutus Auerni,
Eductisq́ Erebo ſecum felicibus umbris:
Atq́ hominem tellure noua, cœloq́ recenti
Largus, & æternæ donaret munere uitæ,
Hic ubi poſt grandes donorum ex ordine aceruos
Innumerabilibus durabunt gaudia ſæclis.
Te naſcente, nouam ſenſerunt ſæcula pacem
Magne Puer, tunc terra nouis aucta eſt hymenæis,
Dum cœlum terræ concordi fœdere iungis,
Atq́ iterum digeſta tener primordia mundus
Senſit, & æternis ſubiectum legibus orbem:
Dulce renidenti defluxit ab æthere nectar,
Quale nec Hybla uirēs, nec apū fœcundus Hymetti

Mittit apex, nec rara ſua Panchaia meſſe.
Teq́ nouo cœli ſeptena uolumina cantu
Naſcentem cecinere: tuis natalibus æthram
Colluſtrat lætata cohors flammantis Olympi:
Et picturatis colludens æthere pennis,
Gratatur reducem poſt ſæcula longa quietem.
Heſperus Oceanum cantu detentus Olympo
Reſpuit, & longas conceſſit montibus umbras.
Iordanes pater illuſtri reſonantia cœlo
Carmina, cœleſteſq́ choros plaudentibus alis
Audijt, & mirata nouos uaga flumina curſus
Detinuit, micuere nouis noua lumina lymphis:
Extollenſq́ imo ripis florentibus alueo
Cæruleum caput, & ſtillantia cornua muſco,
Lacte nouo, candore nouo ſua flumina cernit,
Et circum geminas tunc primùm albeſcere ripas:
Indignanſq́ diu, mox tandem erumpit, & ultro
Inſontes confundit aquas lethalibus undis.
Ipſa etiam, molli uiridantis margine ripæ
Iordanis, formoſa comis frondentibus arbos,
Aetherias tremulo contingens uertice nubes
(Illam imbres nutriere, rigant uicina fluenta,
Educunt tenero ſalientes gramine riui:
Non illi certent annoſo robore quercus,
Idææ pinus, aut coniferæ cypariſſi,
Aut ramoſa polo tollentes brachia cedri:

His

Hic nidos ſtruere, & dulces inuiſere fœtus
Alituum genus, & denſis conſidere ramis
Sæpe ſolet, tenuiq́; diem prædicere cantu)
Vt primùm naſcentem orbi lætiſsima ſenſit,
Brachiaq́;, intonſumq́; caput ſimul inclinauit
Naſcenti Puero, Regiq́;, Hominiq́;, Deoq́;:
Et circum latè ambroſium iactauit odorem:
Et lætæ ſtrepuere nouo cum murmure frondes.
Et noua uicinæ ſudaſtis balſama ſyluæ:
Et noua felices legiſtis tura Sabæi.
Nec non & Libani frondoſo in uertice pinus,
Et cedri coluere Deum maioribus umbris:
Summiſitq́; nouo Tellus munuſcula ritu
Candentes uiolas, & cæruleos hyacinthos,
Purpureasq́; roſas cum uerſicoloribus herbis.
Ipſe etiam inſuetos lætanti gutture cantus
Fuderunt uariæ circum pia turba uolucres.
Quis dubitet, deſerta pij cunabula Regis,
Obſcuramq́; domum, & uacuum cultoribus antrũ,
Tunc autem cœlumq́; nouum, ſedesq́; beatas
Mirantem, ſparſiſſe nouo Titana colore?
Et luſtraſſe nouo candentem lumine Phœben?
Vos quoq; cuſtodesq́; gregis, pecorisq́; magiſtri,
Nocte ſuper media, medioq́; ſub ætheris axe
Dum canitis, reſonatq́; nouum caua tibia carmen,
Inſolitam lucem uidiſtis, ouantia cœlo

d 5 *Agmina,*

Agmina, & inſolito fulgore micantia ſigna.
Felices, cœli Regem uidiſſe ſub antro,
Queis licuit, poſitum congeſto in ſtramine Regem,
Stramine, Sarrano cedat cui purpura fuco,
Veſtis & Attalicis præfulgens ſtragula textis:
Quò genus humanum cœleſti in ſede locaret,
Oſculaq; ambroſijs fixiſſe trementia plantis:
Cernere & æternos diuinæ Matris honores,
Diuinæ Matris, roſeus cui lactea pingit
Ora rubor, lucet ſacro reuerentia uultu,
Ardentesq; chori circum fulgente corona,
Qualis prima inter collucet ſidera Veſper,
Qualis & aduerſo conſurgit Cynthia Phœbo.
At tibi Diua Parens tacitã quæ gaudia mentem
Pertentant, dum læta tuum, tua uiſcera Regem
Suppliciter pudibunda uides, atq; oſcula iungis,
Contrectasq; manu, preſſamq; ad pectora puro
Rore rigas uitamq; hominum, uitamq; Deorum?
At tibi ſumme Pater rerũ, tibi maxima Chriſte
Gratia, qui pacem æternam, qui gaudia uitæ
Concilias, mortemq; tuis Natalibus orco
Demittis, mergisq; chao & caligine cæca.
Tu noſtri generis Puer es, tu ſanguinis auctor,
Humanosq; uolens non dedignare labores.
Per te, natalemq; tuum da maxime Rector,
Rectorem ſanctè in terris tua munera IVLVM
Tra-

Tractare, & dubiam per tot maria aſpera cymbã
Et regere, & tuto tandem ſubducere portu.
Tuq; adeò noua lux Superûm, tu gloria cœli,
Omnigenûm Regina Deûm, ſanctiſſima Mater
Virgo, coronatis tibi ſi fumantia templis
Tura calent; ſi perpetuis tua nomina faſtis
Mandamus, uotaſq; tibi Dea ponimus aras:
Per te, per qui te talẽ MARIA optima Matrẽ
Delegit, poſce ô finem miſerata malorum
Tantorum, poſce optatam placidiſſima pacem:
Vt nato, Matriq; pij reddantur honores,
Et noua ſuccreſcat proles, quæ Flamine ſancto
Incumbat generis lapſi ſarcire ruinas.

IN BAPTISMA CHRISTI Hymnus.

NVnc nũc ô queis cura poli, fidiſſima Chriſto
Pectora, Nazaræ fines, Galileiaq; arua
Linquite: Iudæamq; ſimul, ripaſq; petamus
Iordanis, Chriſtumq; ducẽ uada ad alta ſequamur.
Ecce ignotus, egens, multiſq; è millibus unus
Ingreditur, patrijq; accedit fluminis undam:
Abluat ut ſanctum ſacrato in flumine corpus,
Et penitus labem infectam mortalibus ægris
Diluat, & primi ſoluat commiſſa parentis.
Iam Vatẽ excellentẽ, & inhoſpita teſqua colentẽ,
Præ-

Præcinctum Zona, & uelatum corpora ſetis,
Luſtrantemq́; unda populos de more ſalubri
Alloquitur: Salue ô Vates ter maxime uatum,
Me quoq; ne pigeat candenti in fluminis unda
Tingere: & ingentes tali pro munere aceruos
Accipies, dona æternis durantia ſæclis.
Tuq́; amnis ſalue, ætherijs celebrande choreis:
Pande ſinus, totaq́; uolens me me accipe ueſte:
Iam celeber, iam ſanctus eris: tua nomina cælo
Attollent, ſummiſſa tibi iam flumina fractis
Cornibus, inq́; tuo tingentur gurgite Reges.
Tum Vates: Salue ô mũdi uenerande Creator: (tas
Rex Superûm, Rex idẽ hominũ: quæ magna uolun
Te trahit? atq; humilẽ tua te hæc ad flumina ducit?
Qui cælum, terrasq́; tuo ſub numine uerſas,
Non lectos cæli proceres, rutilantia mittis
Agmina, pennatamq́; aciem omnipotentis Olympi:
Sed tua te pietas, atq; indulgentia cælo
Demiſit, bone Rex, ſerui ſub imagine terras
Nunc luſtras, uiles nec dedignaris amictus,
Maieſtas æterna, tua circundata luce.
Nec ſatis, ipſe humilem famulũ Regnator ab alto
Accedis, uiuoq́; petis te te amne lauari.
Tu Patris æterni ſplendor, tu dulcis imago,
Tu ſpeculum, tu totius clariſſima mundi
Effulgens lux miſſa polo, contagia ſerui

Ablue,

Ablue, terrenam labem, moribundaq́ membra.
Iampridem te uirginea Genetricis in aluo
Regnatorem orbis, Seruatoremq́ latentem
Ipſe latens utero agnoui: te te indice motu
Præſentem ueneratus, ouans tua numina ſenſi:
Quid referam manifeſta polo data ſigna ſereno?
Vt primùm obſcuro paruus puer editus antro
Communem lucem hauſiſti, tu luminis auctor,
Stella nouo fulgore micans cunabula Regis,
Regibus oſtendit longinqua à ſede profectis.
Te cœli uenerata cohors ſub nocte ſerena
Carminibus cecinere nouis, pecorisq́ magiſtros
Mirantes duxere noui ſub tegmina cœli.
Ille autem: Sine me ô magni præcepta Parentis
Perficere, atq; omnes uirtutum effingere formas,
Iccirco mea me uirtus deduxit Olympo.
Cede Deo, ne'ue imperijs parêre recuſa.
Haud mora, perſpicuas memorãdi in fluminis undas
Deſcendunt: ſaliere cauo de fluminis alueo
Lætantes undæ, gremioq́ accepit aperto
Iordanes, totoq́ ſinu complexus amico eſt.
Extemplò uiruere nouis fragrantia ripis
Germina, & inſolito reſonarũt murmure lymphæ,
Et circum uirides nutanti uertice ſiluæ
Agnouere Deum, dulciq́ per æthera cantu
Inſtrepuere noua uolucres dulcedine tactæ.

Exul-

Exultat terrarum orbis, quacunq; recurrens
Auricomus Sol ſparſa polo ſua lumina fundit:
Lætantur maria, & manibus uaga flumina plau-
Et circũ immenſo corridet pondere cœlũ. (dunt:
At Vatis tremebunda manus ſpirantibus undis
Fluuiorum Regem, & nutu maria alta regentem
Spargit, & affuſis permulcet corpora lymphis.
Circunſtant ætate pares, uiridiq; iuuenta,
Stellantisq; poli ciues, celeresq; miniſtri,
Gemmatisq; alacres pennis noua carmina dicunt,
Expanduntq; manu candentia lina nitenti,
Ambroſiam, meſſesq; Arabum redolentia lina,
Perfuſosq; artus Domini detergere gaudent.
His actis, utrunq; ſimul uenerantibus undis
Molliter exponit uiridi pater amnis in ulua
Interea dum corda uidet uariantia uulgi
Omnipotens Genitor, medium diſcedere cœlum
Iuſsit, & æternum ſacrato in uertice CHRISTI
Torquatæ inſedit uolucris ſub imagine Flamen.
Confeſtim uox miſsa polo grauis intonat alto:
Hic Vir, hic eſt, Iudæa tibi quem carmina Vatum
Promittunt, caſtæ quem iam cecinere Sibyllæ.
Hic mea Progenies, animo gratiſsima noſtro:
Hunc ego ductorem populis, rerumq; Magiſtrum
Eſſe dedi. Vos ô gentes, queis cura ſalutis,
Illum ipſum illũ audite, Viam quæ ducit Olympo.

Tu uerò, cui centum aras, cui templa dicamus
CHRISTE Pater: qui uitali mortalia corda
Rore rigas, ueterisq́; lauas contagia culpæ:
Adſis ô uenerande tuis, tua nomina cordi
Inſpira, dictisq́; tuis parêre uolentes
Da Pater: ut cœlo tandem miſeratus aperto,
Criminis expertes, & lethi lege ſolutos
Accipias, uultuq́; tuo, donisq́; beatos.

VIRGINIS MATRIS LACRImæ in Chriſtum è Cruce pendentem.

Vos lacrimæ, uos corda mihi, uos ora rigate,
Dum Genetrix ſacro pendentẽ in ſtipite Natũ
Mœſta dolet: lacrimisq́; mouet mortalia corda.
Vos ô Cœlicolæ, uos ô miſerabile carmen
Ingeminate pij: plorat Dea, Dij quoq; plorent.
Vix primùm pendentem alto de robore Natum
Alma Parẽs, longisq́; patẽtia uulnera clauis,
Oraq́; fœdatasq́; genas, & ſpinea ſerta
Viderat, & largo rorantia membra cruore:
Quum ſubitò tremebũda grauis (miſerabile uiſu)
Oſſa tremor, roſeasq́; genas, & corpora pallor
Occupat, & gelidus coit in præcordia ſanguis.
Nunc gemitus, nunc muta trahit ſuſpiria corde,
Nunc fari cupit, & cupidam uox ægra relinquit.
Vt uerò moribunda Parens morientia Nati

Lumina,

Lumina, pallenteſq́; genas, pallentia membra
Vidit, & inſtanti languentia tempora letho:
Impatiensq́; moræ, atq; ingenti fixa dolore
Accurrit, paſsisq́; comis uenerabile lignum
Circumfuſa tenet: qualis complexa maritam
Vitis amat, ramisq́; ligat frondentibus ulmum.
Nunc ſeſe attollit, nunc ligno plurima figit
Oſcula, perfoſſosq́; pedes contingere tendit.
Ter reuoluta ſolo, roſeoq́; intincta cruore
Exanimis ſocias inter collapſa recumbit:
Mox innixa tibi Salome Galileia Virgo
Tollitur, & queſtu infelix complorat amaro:
Sanctaq́; ſidereō manarunt lumina fletu.
Vos ſacræ Solymorum arces, Galileiaq́; arua,
Iordanesq́; amnis, nemus & florentis Idumes,
In quibus ille pedum ueſtigia ſacra reliquit,
Nunc ô nunc reſonate meis loca mœſta querelis.
Te'ne ego care mihi talem pulcherrime IESV,
Progenui quondam intacta ſpectabilis aluo?
Quem Superi cecinere polo, quem maximus æther
Oſtendit, cui ſtella nouo fulgore refulſit.
Talis eras, qualem cœlo redeuntibus aſtris
Heſperon argento ſimilis uehit aurea Phœbe.
Talis eras, qualem cœlo fugientibus aſtris
Lūciferum rubicunda refert Matuta per auras.
Talis eras, qualem primæuo à cardine Mundi

Fulgentem radijs, radianti & lampade Solem
Mirata eſt perfuſa nouis ſplendoribus æthra.
Tu'ne ille aſsuetus caræ dare gaudia Matri?
Tu'ne ille aſsuetus cæcæ dare lumina nocti?
Pandere & æterni populis ora alta Parentis?
Atq; aures aperire uiris, & ſoluere linguam?
Obſcœnamq; famam totiens depellere uulgi?
Et medicas adhibere manus, & tollere morbos?
Extinctosq; iterum reuocare in luminis auras?
Hunc te turba ſequax, lætantiq; obuia cœtu
Subuectum tardi coſtis deduxit aſelli?
Nunc tantum dolor, & miſeræ cura anxia Matri:
Nunc tibi uicina langueſcunt lumina morte.
Ipſe etiam pullo faciem uelatus amictu
Obnubuit Sol nube diem, & tua funera luget,
Fraternosq; imitata dolet uaga Luna dolores.
Heu pietas, tetro miſtum cum felle lyæum
Apponunt: tu mute taces, tuq; obſtruis aures.
Heu heu perfoſsasq; manus, perfoſsa trabali
Sacra pedum clauo ueſtigia, totq; cruentis
Confoſsum ſpinis uideo: tum corpore toto
Verberibus pulſum aſpicio pulcherrime rerum.
Prò ſcelus, ecce etiam meritis pro laudibus amens
Turba uomit ſaniem lingua, & conuicia iactat.
Heu miſeram, cur nate mihi nunc mortis adempta
Conditio? pro te dulcem deponere uitam (eſt

Dulce mihi, aut tecum ſaltem finire dolores:
Nam ſine te nil dulce mihi, nil triſte recepto
Care mihi. Matrem' ne tuam dulciſſime linques
In tenebris, luctuq́, & perpetuo eiulatu?
Immanis gens, dira, pro ſaturata cruore,
Me quoq; dede neci, Natoq́; adiunge uolentem.
Nam mihi uita mori, mors eſt mihi uiuere, Matri.
Iam uale dulce caput, ſeſſæ de corpore uires
Heu miſeræ Matri fugiunt: uos ſacra ualete
Robora, queis precium mundi, queis uita pependit.
Tempus erit, cum ueſtra alacres inſignia Reges
Extollent, meritosq́; ferent ex hoſte triumphos,
Atq; triumphali concedet laurea ligno.
Tu uerò Regina poli, Regina deorum,
O Mundi lux alma, Parens clariſſima Nato,
Per dulces lacrimas, per dulcis uulnera Nati,
Perq́; crucis totum rutilantia ſigna per orbem,
Aſpice nos, miſerata tuæ placidiſſima gentis
Exitia, & duros caſus, triſtesq́; ruinas:
Da ueram populis pacem, da fidere Nato
Diua tuo, lethumq́; Dei pro laude paciſci:
Vt tecum Regina tuis conſidere regnis,
Et tecum æterna liceat tellure potiri.

IN DEPOSITIONEM CHRI- ſti è cruce.

O *Decus eximium Cœli, iam lumina noctis*
Præuius Heſperio ueniẽs age Veſper ab or-
Vt ſaltem de more meũ gens impia Natũ (be:
Deponat, rigido pendentem in robore Natum,
Heu miſeram, ſpinis tranſfixum tempora duris,
Fœdatumq́ genas, candentiaq́ ora cruore,
Confixumq́ manus, teneræ & ueſtigia plantæ,
Pro ſcelus, & dira perfoſſum cuſpide pectus:
Fundentemq́ nouo commiſtum lacte cruorem.
Sed quid ego hæc? uiden' ut dulci fidiſsima Nato
Pectora, concordes animæ, duo lumina gentis
Hebrææ, ſcalasq́ ferunt, fabriliaq́ arma:
Vt dulcem bicolore meum de ſtipite Natum
Deponant, tumuloq́ ferant uenerabile corpus?
Saluete ô gemini Heroes, quorum inclyta corda,
Intemerata fides, rebus ſpectata caducis
Strinxit, & inuicto reſidens ſub pectore uirtus.
Vos decus immortale manet, uos ſidera cœli
Expectant, meritæq́ alto ſub Iudice palmæ.
Feſtinate uiri, & ligno deponite Natum,
Exanimum miſeræ Natum mihi reddite Matri:
Reddite, ut illacrimans, & circunfuſa cruentis
Vulneribus miſeranda parens, mea uiſcera fletu
Abluam: & extremo tandem ſaturata dolore

Emoriar, tecum & tumulo coniungar I E S V.
Vos cœli ueneranda cohors, gens ætheris alti,
Aligerum genus, & pernicibus ignea plantis,
Ferte & opem, Natumq́; meum deponite ligno.
Vos illum uili in ſtabulo, paleisq́; iacentem
Mirati plaudente choro cecinistis ab æthra.
Vos illum, dum luſtra colit, dum iuſta laceſſit
Prælia, connexis per mutua uincula pennis
Texiſtis uenerati alacres, fidiq́; miniſtri.
Hic uobis uacuasq́; domos, triſtesq́; ruinas
Inſtaurat, reficitq́; nouis cultoribus æthram.
Hic uobis animæ illuſtres radiantis Olympi
Morte ſua dabit æternis conſidere menſis.
Tu quoq; Crux cœlo ac terris memorabile lignum,
Splendidior ſtellis longè, Phœboq́; recenti,
Sidonio rubicunda magis, Tyrioq́; cruore,
Sanguineis quot ſparſa notis, tot lucida gemmis,
Auctorem miſerata tuum, tua brachia laxa,
Flecte caput, facilisq́; mihi mea gaudia redde.
Quare agite, & dulcem ligno deponite Natum:
Et captum letho ſacrum caput, arida colla
Et laceros artus, perfuſaq́; membra cruore
Molliter excipite, & molli demittite lecto.
Tuq́; prior Nicodeme, tui ſacra ora Magiſtri,
Oraq́;, ſollicitaq́; tremens preme lumina dextra:
Tum duros teneris clauos educere palmis

Sis memor, & ſenſim plantis euellere ferrum.
Depoſitum donate mihi mea uiſcera IESVM:
Depoſitũ cape mœſta Parẽs tua uiſcera IESVM.
Vos illum lectæ comites deponite Matris
In gremium, ſimul & triſtes intendite luctus,
Et lacrimis decorate pijs pia funera Regis:
Et uitam tumulate piæ, & ſuperaddite dona.
Hic ego te, quæ regna tenes flãmantis Olympi,
Magna Dei genitrix, ueniam mortalibus oro:
Depoſiti defleta precor per funera Nati,
Reſpice concluſos tenebris, & carcere tetro:
Da peſtem concretam animi, da triſtia mentis
Exitia, & miſeram cordis deponere labem:
Vt tandem exutos uinclis, & compede dura
Accipiat cœleſte ſolum, & cœleſtis origo.

LACRIMAE VIRGINIS MAtris in Chriſtum è cruce depoſitum.

TV mecũ ô terrarũ orbis, uos ſtagna profundi,
Vos mecũ cœliq́; plagæ, Titaniaq́; aſtra,
Tuq́; adeò Natura parens redimita cupreſſu,
Lugete, & triſtes mecum renouate querelas
Intactæ matris MARIAE: dum funera Nato
Soluimus, & meriti tumulo redduntur honores.
Vt lacerum Nati Genitrix mœſtiſſima corpus
Accepit gremio, circumq́; amplexa lacertis

Suſtinuit, non illa ſonos in funere primo,
Non lacrimas fudit: crudelia uulnera tantum
Exiccat, trepidaq́; manu ſua uiſcera tractat,
Exploratq́; omnes lacerati corporis artus.
Incumbens mox ſiderea cara oſcula fronti
Congerit, atq; oculis repetita infigit amatis:
Et tandem in lacrimas turgentia lumina ſoluit.
Singultuq́; ſonos tandem dedit intermiſto.
Vt raptos uiridi fœtus deplorat in umbra
Daulias, innumerosq́; modos & carmina mille
Orditur: miſeris ſed carmina mille querelis
Ore querens, & uoce dolens, linguaq́; reflectens
Mœſta ſonum, triſti reſonant caua guttura cantu.
Heu heu quid miſera aſpicio? quod corpus human-
His manibus teneo infelix? da iungere dextrã (dũ
Nate mihi. prò cara nimis mea dextera, ſæpe
Quam tenui: frondoſa uelut quum brachia quercus
Serpentes hedera intortis redimita corymbis
Intexunt, uitis'ue ſuam complectitur ulmum.
O` mihi dulce caput, radijsq́; inſigne Paternis:
O` ubi ſtellantes orbes? ubi lumina cara?
O` ubi ſiderei uultus? generoſaq́; frontis
Maieſtas? formaq́; decus? prò lactea colla,
Compoſitiq́; ſuper crines: redolentia flores
Oſcula, ceruici totiens innexa Parentis
Brachiaq́;, & dulces diuino ex ore loquelæ.

Hei

Hei mihi, cur teneris, & adhuc florentibus annis
Ante diem informi uoluiſti occumbere letho?
Cur Matrem in lacrimis ſuſpiria longa trahentem
Deſeris ô dulci iucundior Vnice uita?
Heu ſine te nil dulce mihi: tu dulcis IESV,
Tu ſolamen eras. Duram perrumpere uitam
Præſtat, & optato componere membra ſepulcro:
Quàm ſine te in tenebris triſtem producere uitam.
Ah fruſtra te uirginea pia Mater in aluo
Continui, & dias produxi in luminis oras:
Immulgensq́; tuis lactantibus ubera labris
Incaſſum uacuos conſumpſi ſedula menſes.
Incaßum Phariosq́; ſinus, regna hoſpita adiui,
E manibus quò te ſæui tremebunda tyranni
Eriperem: cura, & fuſi periere labores.
Non Natum mater genui, non Nate parentem
Feciſti: luctum genui, & ſuſpiria de te
Nate mihi. Tua dicta ôlim, tua te inclyta facta
Aeternum terris, immortalemq́; canebant:
Nunc autem mutum aſpicio, & miſerabile corpus,
Transfoſſumq́; manus, & mortua mēbra trahentē,
Conſertumq́; caput ſpinis, durisq́; rigentem,
Traiectumq́; pedes clauis, & ſanguine largo
Rorantem, & uaſto patefactum pectus hiatu.
Quis credat? tua te pietas, tua te inclyta uirtus
Demiſere neci, ut miſeris mortalibus almam

Vitamq́, lucemq́ dares, & lucida regna.
Aſt ego, quæ tot dura tuli, tot paßa dolores,
Afficior precio inſigni: ut dum flebilis heu heu
Orba Parens gremio acceptum mea pignora Natū
Extinctum cerno, multo mea lumina fletu
Liqueſcant, reſoluta uelut ſub ſole pruina:
Et gemitus miſeram, ſuſpiriaq́ ægra ſequantur.
Antè diem Phœbe, Phœbus uaga ſidera ducet,
Quàm meus è memori tu pectore dilabâre.
At uos ô lectæ comites, fidißima Nato
Pectora: uos gemini Heroes, quos barbara iuſsa
Nequicquam terrent, cœlo quos uiuida uirtus
Transferet, & ſeruatus amor poſt fata Magiſtri:
Exanguem excipite, ut tumuli decoremus honores
Quanquā ipſe æternū tumulo decus. eia age Natū
Molliter extructo poſitum decorate ſepulcro.
Sed prius exanimum liquida perducite myrrha
Corpus, & expreſſos aloes conſpergite ſuccos:
Purpureasq́ ſuper tenui ſubtemine ueſtes
Addite, & albenti faciem circundate lino.
Nate, Pater quo cuncta creat, quo cuncta gubernat,
Vera Patris ſoboles, ſed & ô mea uera propago,
Heu pietas, heu ſancta fides, te Magne ſepulcrum
Accipit, immenſus quem non complectitur orbis.
Quo fletu miſeranda Parens, quo te optime queſtu
Proſequar? aut quæ digna ſatis tibi iuſta reponā?

Te, quoſcunq; uidet ſtellanti à cardine Titan,
Mortales, queis ſola ſalus te Nate recepto,
Agnoſcant lacrimis, Seruatoremq́; ſalutent,
Aeternumq́; tua referant ſolennia Morti.
Atq; utinam tecum tumulo mea ſola uoluptas
Condar, & amplexu nunquam diuellar amato.
Certè ego, quod poßũ, tumulo lacrimantia fundam
Balſamaq́, & laurum, lacrimoſaq́; germina mollis
Narcißi: lacrimasq́; meas cum fletibus addam.
Sed tamen & ſpectata fides, tuaq́; inclyta Nate
Conſilia, & bene nota mihi tua magna uoluntas
Solantur, uictoq́; graues ex hoſte triumphi:
Quodq́; animas cœtusq́; pios in nocte profunda
Illuſtras, frangisq́; potens adamantina clauſtra:
Et te læta Parens poſt tertia lumina Phœbi
Aſpiciam, & lacrimis ſpargam gaudentibus ora.
Nate ueni, mœſtæq́; feras noua gaudia Matri:
Sed nitidus, pulcherq́; ueni, moribundaq́; membra
Exutus, uictorq́; alacris uictricia ſigna
Ipſe ferens inuicte manu, partosq́; triumphos:
Qualem te superûm ſedes, cœleſtia templa
Expectant: qualem Patria te in ſede uidebo
Fulgentem radijs, Patrioq́; ardore micantem.
Nate ueni, mœſtæq́; feras noua gaudia Matri.
Vos illum properi aurigæ, celeresq́; miniſtri
Sublatum excipite, & uultu iam reddite noſtro.

In primis tu care mihi facunde miniſter,
Qui quondam Diuina polo mandata tuliſti,
Anteuolans fer mœſta piæ ſuſpiria Matris:
Et reuolans fer læta piæ ſolatia Matri.
Iamq́ue uale cœlo ac terris uenerabile buſtum:
Tu decus, & Mundi precium, mea uiſcera condis.
Aſſurgant conſtructa tibi de marmore templa,
Pyramides, Phrygyſq́ue domus ſubnixa columnis.
Tempus erit, quum diuerſis è partibus orbis
Præclariq́ue duces gemmis, auroq́ue coruſci,
Nec non purpurei ſummiſſo poplite Reges
Suppliciter uenerētur, & annua dona frequentēt,
Cinnamaq́ue, coſtumq́ue tibi munuſcula mittent,
Aßyriq́ue ſolum ſpargent, Phariq́ue liquores:
Et circum Armenio tellus fragrabit amomo:
Cœleſteſq́ue chori, cœliq́ue exercitus omnis
Ambroſios fundent latices gemmantibus urnis,
Cantabuntq́ue tuas diuino carmine laudes.
Te uerò ueneranda Parens, mitiſſima Virgo,
Præſidium feſſis rebus, Regina perennis,
Terrarumq́ue mariſq́ue potens, atq́ue ætheris alti
Per laceros artus, & paßi uulnera Nati,
Per mortis duræ caſum, per iuſta ſepulti,
Perq́ue tuas cari lacrimas in funere Nati,
Oramus: miſerata genus ne deſpice noſtrum,
Tu noſtri generis decus, & ſuccurre labanti.

DE

DE EXTREMO IVDICIO.

QVa flauus læta arua ſecat Laurētia Tybris
Et ſtudia, et curas hominū miſeratus ina-
Stratus erā uiridi in ripa: lacrimisq́; profuſis, (nes,
Populea mecum triſtis meditabar in umbra.
Heu miſerum mortale genus, caligine cæca
Voluitur: & Ditis tenebris, & nocte profunda
Mergimur, et ſontes ultro properamus ad umbras:
Cœleſtesq́; domos, promiſſaq́; gaudia cœli
Deſerimus, fontemq́; boni, uitamq́; perennem
Auctorem rerum, patrio qui uinctus amore
De nihilo ſimilesq́; ſui, rerumq́; ſuarum
Hæredes, quos regna manent, quos præmia uitæ,
Edidit, & ſummo ciues tranſcripſit Olympo.
At nos, ô miſeri, ſpreta pietate profundum (das.
Tendimus in barathrū, rapidiq́; Acherōtis ad un-
Ac ueluti deprenſa Noto, & pluuialibus Hædis
Indefenſa ratis, proprioq́; excuſſa magiſtro,
Fertur in abruptum præceps, & uortice nigro
Obruitur, fractoq́; natant uaga lintea malo:
Sic alius ruit in præceps, dum Serica mollis
Texta trahit demiſſa humeris: nardoq́; capillum
Perfuſus, uernaq́; roſa, pictisq́; tapetis
Diſcumbens, longosq́; fouens maleſanus amores,
Cui cithara tantum, cui dulcia carmina cordi,
Exhaurit largo rorantia cymbia baccho.

Atq́;

Atq; alius congeſta ſibi, & malè parta reponit
Infelix, multoq; auro & laquearibus ornat
Tecta polo uicina, altisq; innixa columnis,
Et cæcus ſimulachra colit iam luce carentũ, (quẽt.
Quos Erebus, quos flãma uorax, quos Tartara tor-
Sunt quibus & populi faſces, & publica curæ
Munera, ter geminos pars decolor ambit honores,
Cæleſtis patriæ patrumq; oblita piorum,
Iudicis & magnĩ uultus, qui tempore certo
Quæſitor ſpectante polo ſua præmia cuique
Perſoluet: ſcelerata cohors pallentibus antris
Claudentur, meritasq; luent ſub iudice pœnas.
Hei mihi, iam gelidus torpentia corpora languor
Occupat, & tenebræ lacrimantia lumina condunt.
Heu quæ ſigna dabit magni fabricator Olympi
Ante diem extremum? uarijs minitantia ſignis
Caſtra mouent, lituiq; meas uox perſonat aures:
Humanoq; rudes pingueſcere ſanguine campos
Aſpicio. præter ſolitum furor arma miniſtrat,
Et furor, & proprio rabies ſuffecta ueneno:
Armati iam bella cient Mauortia Reges,
Quas ſtrages corrupta dabit mortalibus ægris
Tempeſtas cœli? uideo morientia latè
Corpora, & exangues per prata uirentia tauros.
Exanimata iacent denſis animalia ſiluis
Informes urſi, & maculoſo corpore tigres:

Bucula corruptosq́ lacus, infectaq́ tabo
Pabula uitabit, fugietq́ impaſta per agros
Huc illuc pedibus linquens caua ſigna biſulcis:
Et uituli infectis teneri morientur in herbis.
Flumina quæ nunc plena fluunt exercita curſu
Areſcent, liquidiq́ lacus: nec florea Tempe
Amplius è dulci perfundent fonte liquores.
Hinc terræ tremor, hinc uentorum prælia terrent
Mortales, quatiuntq́ ſuis cum mœnibus urbes:
Tranquillumq́ cient diuerſis flatibus æquor,
Nec tumidum ſeſe capit: undiq́ turbine crebro
Horrendum fremit, & terram circumſonat undis,
Vndarumq́ uomit ſpumanti in littore molem.
Nec diſtincta nitet cœlo Thaumantias Iris,
Iam terris fœdata negat Sol aureus ora:
Condit & ipſa ſuos pallens Latonia uultus:
Et nox atra diem nigrantibus occulit alis.
Non aliàs cecidere polo tam multa ſilente
Sidera, & incenſi caudis flammantibus ignes.
Sic fera ſanguineus portendens bella cometes,
Dirus Hyperboreas nuper conterruit urbes:
Explicuitq́ iubar longè, flammasq́ comantes.
Vnde nouus cœlum ac terras depaſcitur ignis
Victor ouans? iam ſæua rapax incendia uoluit,
Atq́ elementa iacent ueteri uiduata figura.
Per ſudum iam nulla uolat pennata uolucris:

Iam

Iam uenti poſuere, ſonant nec flamina ſiluis:
Tellurem ue mouent preſſo ſub uomere tauri:
Nec genus æquoreum liquidas perlabitur undas,
Nec remis uelisq; ſecant uada cærula nautæ.
Ecce mihi plumata cohors ſtellantis Olympi,
Aetheris immenſi uigiles diſperſa per orbem
Oſſa ſimul, cineresq; legunt, quacunq; recurrens
Quattuor à uentis rutilantia lumina Titan
Explicat, & magnum circum tegit omnia cælum.
Telluris patuere ſinus, patuere repoſta
Oceaniq; domus, Neptuniq; humida regna.
Ecce aliud maius longè, ac mirabile dictu
Obijcitur: crepuere tubæ radiantis Olympi:
Audijt & cæli chorus ingens: audijt omnis
Terrarumq; marisq; ſitus, Stygijq; receſſus.
Exurgunt defuncta ſua iam corpora uita,
Humanasq; animas in corpora quaſq; reuerti
Iam ſua Rex iubet ipſe hominũ diuûmq; repertor,
Quaſcunq; à prima genitalis origine Mundi
E nihilo in tenues rerum ſator edidit oras.
Ordine quemq; ſuo ſtatuunt gens inclyta cæli:
Qualis ubi ad caulas paſtor iam ſole cadente
Et placidas deduxit oues, hædosq; petulcos,
Et placidas diſcernit oues, hædosq; petulcos.
Qualis ubi iam lina uigil prope littora legit
Piſcator, purosq; ſedens in uimina piſces

De-

Deligit, & putres uoluunt per cærula fluctus.
Læua tenent triſtes animæ, quæ iuſſa ſupremi
Cōtempſere Patris, breuis hæc dum uita manebat:
Dextrum turba latus, magni præcepta Parentis
Quæ coluit, patriâq; uiam delegit Olympi.
O qui digreſſus, ô quæ ſuſpiria triſti
Corde trahet malegrata cohors, quum filia matrē
Scandentem ſuperas cœli ſpectabit in auras,
Ipſa ſolo deſerta iacens, iam proxima Diti.
Aſpice ſublimes animas ſine pondere corpus
Tollere, & aerios ſubitò conſcendere tractus.
Occurrunt Regi Regum felicia CHRISTO
Agmina, felices animæ, felicia ſemper
Corpora: queis Veſper cedat, queis Lucifer ora
Extollens, ſurgensúe noua cum lampade Phœbus.
Ecce iterum cœlo aduentat, quà lumine primo
Exoritur rubicunda dies: non paupere cultu
Occultans decus immenſum, ſed qualis Olympo
Apparet luce ingenti, radijsq; coruſcus,
Fulgentemq; gerens auro gemmisq; coronam.
O qualis facies, ô quæ clariſſima uultu
Sidereo noua flamma micat, quæ lumina fronti:
Lætanturq; tremuntq; ſimul gens ætheris alti,
Obſeruantq; Dei nutus, atq; ora ſilentis.
Ipſe autem cœli medio, in regione ſerena,
Biſſenos inter proceres, quos ſedibus altis

Ipſe locat, ſociosq́; ſibi delegit IESVS,
Ignaros olim rerum, nodoſaq́; ponto
Iactantes lina, & tenui freta longa phaſelo
Sulcantes, queis parua domus, uilisq́; ſupellex,
Subnixus ſolio, ac Superûm ſtipante corona
Innumerabilibus confecta uolumina chartis
Expandit, conſcripta notis cœleſtibus, alti
Regnatoris opus: queis ſæcula longa recenſet
Humani generis, cunctamq́; ab origine gentem:
Queis ſcelerum facies, & crimina cuncta pateſcũt,
Et triſtes curæ, & cæcæ mala gaudia mentis,
Et ſceleratus amor, Venerisq́; immenſa cupido,
Atq; auri maleſuada fames, laudumq́; uoluptas.
Nec mora, ſublimes animas uultuq́; ſereno,
Et blandis Rex ipſe uocat ſic uocibus ultro:
Nunc ô, nunc animæ illuſtres, chariſsima Patri
Pignora, felicis magnum ætheris incrementum,
Accipite promiſsa olim cœleſtia regna:
Vos etenim legemq́; meam, atq; exempla ſequuti,
Impleſtis ſacrum ſummi Genitoris amorem.
Tum demum immites animas compellat amaris
Vocibus: O miſeræ mentes, ô pectora cæca,
Quas regni uæſanus amor, quas dira cupido
Corripuit, quæ ſponte meum ſpreuiſtis amorem,
Fulgentesq́; domos, & cœli lucida regna:
Ite animæ ſine Sole domos, ſine ſidere regna.

His

His dictis, ſontes animas, & pectora dira
Immerget fumante uado Phlegethontis auari
Tartareus Pluton, tenebriſq; inuoluet Auernis
Incluſos barathro, manibus pedibuſq; reuinctis:
Hic ubi deformes animas, deformia ſemper
Corpora perpetuus ſine lumine paſcitur ignis,
Ignis inexpletum torrens (miſerabile uiſu)
His lacrimæ ſine fine fluunt, ſine fine nigrantes
Conſpiciunt Erebi ciues, crudelia monſtra.
Clamorē horrendum referam, ſæuamq; mephitim,
Obſcænamq; famem, & ſitientia guttura ſemper?
Qui dentis ſtridor, rabidæ quæ ſibila linguæ,
Quiue feri erodunt graueolentia corpora uermes.
Parte alia inſontes animæ rutilantia cœli
Templa petunt: reſonat lætis clamoribus æther,
Ductoremq; ſuum lætanti uoce ſalutant.
Excipit has Pater ipſe ſinu, gaudentibus ora
Conſpergunt lacrimis: lacrimas Pater ipſe beatis
Deterget manibus, poſitiſq; accumbere menſis
Imperat, & læto conuiuia ducere cœtu.
CHRISTE pater, diuûm atq; hominū iuſtiſſime
Da nomē celebrare tuū: da iuſſa uerenda (Iudex,
Diligere, & patrio mentem defigere cœlo:
Vt cum ſumma dies aderit, te Iudice cœlum
Scandere, & æternis liceat conſidere menſis.

CONVIVIVM COELESTE.

NVnc age felices epulas, & feſta Deorum
Expediā cantu conuiuia. Vos mihi denſam
Eripite hanc nubem, mortali & pondere preſſum
Tollite humo Superi: fas ſit mihi gaudia Diuûm
Conſpicere, & ſacris cœleſtûm aſsiſtere menſis.
Eſt ſuper ingentes cœli ſeptemplicis orbes
Nitentes alijs alios, flammantis Olympi
Effulgens regio, & tenui mage ſplendida uitro.
Hac circum latè immenſis complexibus ambit,
Omnipotens quicquid mundi genitalis origo
Sponte ſua tenues in luminis edidit oras.
Non illam rubro ſurgens de gurgite Phœbus
Illuſtrat, Phœbiq́; nitens de lumine Phœbe:
Verùm ipſe aſtrorum Rector, qui ſidera cœlo
Immiſit, ſolemq́; ſuum, Titaniaq́; aſtra
Candida ſubiectis infundere lumina terris
Iuſsit, inexhauſta complet latè omnia luce,
Lux ipſe, æternaq́; æterno lucis amictu
Illuſtris, rigat æternum candore recenti.
Non illic pendent lychni laquearibus aureis:
Ipſe ſuas ſedes, Superûm fulgentia tecta,
Colluſtrat ſole ac ſtellis fulgentior Agnus.
Hoc cœlum, ſummiq́; ingens hæc machina Regis
Non unquā ſolis'ue ortus, obitus'ue cadentis
Vidit, & ætherio non circumuoluitur axe:

Sed

Sed ſtabilis & certa manens, compage tenetur
Perpetuo ex adamante, grauiq; ex ære catenis.
Hanc nulli quatiunt diſcordes flatibus Euri,
Aſpergunt'ue ſuis uolitantia nubila nimbis:
Nec canis, aut diro contriſtat crine cometes:
At ſecura quies, ſemperq; innubilus æther:
Omnia ſunt pacata, oſtentant omnia pacem.
Hanc Deus è cunctis ſedem ſibi lucida templa
Delegit, cunctisq; uolens quos deſtinat oris
Ætherijs, quos regna iubet radiantis Olympi
Accipere, & ſacris ſecum conſidere menſis,
Omnis cælicolas, omnis ſupera alta tenentes.
In medio extruitur menſa omnipotentis Olympi:
Menſa auguſta, ingens, ſolido de marmore, circum
Argentoq; auroq; & cyaneo hyacintho
Ornata: immenſum manus hanc formauit in orbem
Cæleſtis, uariaq; inſignem reddidit arte.
Ipſa etiam æternæ collucent pocula menſæ
Ex hyalo, pictis circumuariata lapillis.
Verſicolore nitent non uno è uimine nexi,
Immortale opus, & uario nodo calathiſci.
Principiò Deus omnipotens, qui cũcta gubernat,
Vno eodemq; altè ſolio, atq; in ſede reducta
Tergeminus reſidet, toto uenerabile cælo
Attollens caput, & facie uenerabilis ipſa
Irradians, ſacrum Superis inſpirat amorem,

Ipſe ſibi uita, ipſe ſui deuinctus amore.
Candida cæſaries olli ceu mollia lanæ
Vellera, ſplendenti ueſtisq; ſimillima luci,
Intacta niue candidior, niueoq; liguſtro.
At Regina Deûm, candenti in ſede locata,
Sidereum radiata caput ſtellante corona
Eminet: ut roſeos cum ſol nitidiſsimus ignes
Eois extollit aquis, rebusq; colorem
Reddit, & albenti diffundit lumina cælo.
Poſt alij accumbunt epulis longo ordine Reges,
Quiſq; ſua ſolido ex auro, ac rutilante pyropo
Sede ſedens. Videas ter ternis agmina Diuûm
Ordinibus, facie inſigni, & florentibus annis.
Felices animæ, felicia regna tenentes,
Diuinum genus, atq; hæredes ætheris alti.
Omnibus unus amor: ſed & omnibus aurea ueſtis,
Aurea cæſaries, alis bicoloribus omnes
Effulgent: claraq; præſcriptaq; nomina fronti.
Pars uultus ſuccenſa rubet, pars lumina centum
Hinc atq; hinc defixa tenent: pars aurea bullis
Cingula, purpureasq; gerunt de flore coronas:
Præcipuè qui clara ſui uexilla Magiſtri
Tollentes, ſanctis fundarunt legibus orbem,
Confeßiq; ſuum per dulcia uulnera Regem.
Hic etiam ueterum ſeries longiſsima patrum,
Humanæ egregium gentis decus, aureaq; quiq;

Carmina

Carmina ueridico cecinerunt pectore Vates:
Quiq́ue pudicitiam, & puros ſine crimine mores
Seruarunt, uitamq́ue pias coluere per artes:
Infantumq́ue chorus, quos læto ſidere natos,
Et triſtis uitæ exortes, ſcelerumq́ue malorum,
Abſtulit alma dies, patrioq́ue adiunxit Olympo,
Candida uirgineis præcingunt tempora uittis.
Ipſe autem ſolio ex auro, grauibusq́ue amethyſtis,
Deſcendens Rex ille hominum, Rex ille Deorum,
Depoſita grauitate tremenda, pulcher IESVS,
Pulchra matre ſatus MARIA, Tyrioq́ue coruſcus
Murice, & inſigni præcinctus pectora balteo,
Omnibus his (prò quanta alti indulgentia Regis)
Porrigit æterna rorantia pocula dextra
Nectare, gemmanti quod gurgite leniter aurea
Sede fluens ſecum cœli uehit aureus amnis.
Ambroſias idem ille dapes plenis calathiſcis
Apponit, quas perſpicui prope fluminis undam,
Vndam quæ ſolio ex Agni liquidiſsima ſerpit,
Fert arbos uiridante ſolo, uiridantibus umbris,
Biſsenis ſemper ditiſsima fœtibus arbos.
Parua loquor: quis perpetuo noua gaudia uerſu
Explicet? ut uultu non exſaturentur amato
Tergemini Regis: ſuperis ea prima uoluptas,
Hæc requies, hæc ſola Deum præcordia paſcit.
At poſtquã ſublatæ epulæ, ſocia agmina diuûm

Conſurgunt pariter: poſitis de more coronis
Inclinant capita, & ſubmiſſo uertice adorant
Auctorem rerum, ſeruatoremq́, Deumq́.
Dumq́ alij citharam auratam, chordasq́ loquẽtes
Molliter & digitis, & eburno pectine pulſant:
Unà omnes celebrant Dominum, Regemq́ potentẽ,
Concordẽq́ mouent numeroſa ad carmina linguam.
Maxime cœlicolûm Rector, quas ſoluere grates
Cœlicolæ ualeant? tantis Pater omnia plena
Muneribus. Tu digna tibi perſoluere dona
Sola potes rerum inuentrix, & firma poteſtas.
Tum demum Dominam cœli, terræq́, marisq́
Voce canunt: Salue ô noſtris lux addita rebus,
Alma Parens. Tu noſtra tuis natalibus ornas
Secla: Deus, ſine matre Deus miſeratus ab alta
Stellantis regione poli tot millia gentis
Tartareas labi in tenebras, ſontesq́ profundis
Sedibus includi, caſtam delapſus in aluum
Induit humanos artus, ceu mane ſereno
Mollia cœleſtes ſtillant in gramina rores.
Atq́ ita connexi manibus, plaudente chorea
Perpetuum carmen dicunt, plaudente chorea
Perpetuum carmen referunt: ſonat arduus æther.
Aſſenſu rebòat cœlum: uocemq́ remittunt
Atria: ſepteni reſpondent uocibus axes.
Felix qui potuit cœleſti accumbere menſa.

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. III.

IN CHRISTVM HYMNVS.

Qvas grates tibi CHRISTE Pater, quæ dona rependam?
Quiſue tuas laudes, & benefacta canet?
Tu propior mentem inſpira, tu ſuffice uires:
Tu prior impoſito pollice plectra moue.
Dic laudes uenerande tuas, tua munera pande:
Meq; tuis Vatem perfice carminibus.
Tunc te digna canam, tereti tunc optime uerſu
Quiſq; tuas laudes & benefacta canent.
Principiò per te flammantis regia Cœli
Conſtitit, & nullis finibus ampla domus.
Hic ubi fulgentesq; chori, & ſine corpore Vitæ
Perpetuos degunt, & ſine nube dies.
Permiſtaq; choris animæ felicibus ora
Conſpiciunt ſolis cognita cœlitibus.
Queis pacem æternam, iucundæ & munera uitæ
Fundis, & immenſo dona beata ſinu:
Nulla ubi ueloces exercent ſecula curſus,
Conditur aut ſero ſole cadente dies.
Nulla ubi pallentes poſuere cubilia morbi
Triſtia, nec tremulo curua ſenecta gradu.

Impia nec dirus portendit bella cometes,
Nec madet humano ſanguine pinguis humus.
Felices tantum cantus, felicia diuûm
Carmina, & aurato pectine pulſa chelys.
Hic tu lucenti circum uelatus amictu,
In medio Superûm ſede micante ſedes.
Conſpicis & læto circum latè omnia uultu,
Fulget & à radijs regia celſa tuis.
Et ſacrum inſpiras cunctis cœleſtibus ignem:
Gliſcit, & æterno lumine flamma uiget.
Poſt etiam uaſtos cœli ſeptemplicis orbes
Pandis, & extento uoluitur axe polus.
Hic & biſſeno diſtinctus ſidere uergit
Signifer, & ſtella uerſicolore nitet.
Hunc inter rapidi currens rota feruida Phœbi
Labitur, & certas itq; reditq; uias.
Ipſe autem cœlo ac terræ rutilantia præfert
Lumina, & appoſito cuncta calore fouet.
Fraternosq; imitata decens Latonia curſus,
Nocturnum natis candida monſtrat iter.
Nec minus obſcuræ præbent ſua lumina nocti
Aurea, & æternas ſidera agunt choreas.
Nox tacet, & feſſis mortalibus alma ſoporem
Irrigat, intortis cincta papaueribus.
Vt grauis ingenti conniuere pupula ſomno
Incipit, aſſiduo membra labore leuat.

Emer-

Emergunt diuerſa cauis fera monſtra latebris:
Setigeriq́; ſues, impauidusq́; leo.
Mox ſeſe è paſtu latebroſa in tecta receptant,
Lucifer ut roſeo fulſit ab Oceano.
Hos ſubter procul à terra liquidiſsimus Aer
Tollitur, & media nunc regione nitet.
Nunc denſa coeunt nubes per inane profundum,
Hinc ſitiens pluuijs terra madeſcit aquis:
Hinc etiam liquidi rores, hinc terra pruinis
Canet, & hyberna de niue manat aqua.
Hic diuerſa mouent diſcordes flamina uenti,
Quaq́; cadit Titan, quaq́; reſurgit aquis.
Inſignitq́; polum diſtincta coloribus Iris,
Et uia conſpicuum Lactea pandit iter.
Telluremq́; hudo circum uagus ambit amictu,
Et pater Oceanus tertia regna tenet.
Ex illo diuerſa locis fluitantia ponti
Aequora, ſpumoſo littore fracta ſonant.
Vndicoleq́; natant pecudes per cærula prata,
Quas hamus, quasq́; retia torta trahunt.
Atq́; audax longinqua petit commercia nauta,
Vltima littoream quà Thetis ambit humum.
Inde lacus latè ingentes: hinc fontibus amnes
Rumpuntur, liquidis fontibus antra ſonant.
Littoribusq́; uagantur aues, & flumina propter:
Stagnaq́; muſcoſo margine picta iuuant.

Sæpe etiam irriguis gaudent conſidere riuis,
Fundere & alternos ore ſonante modos.
Vltima pendenti deſedit in aere tellus,
Hinc atq; hinc uaſtis pendula ponderibus.
Hanc implent monteſq́; feri, ualleſq́; profundæ,
Et nemora intonſis denſa cacuminibus.
Hæc grauido fœcunda ſinu modò pabula uaccis
Sufficit, & læto germine ueſtit humum:
Et modò detonſæ texenda in uellera lanæ
Lanigeros nutrit fronde uirente greges:
Et modò pomiferis beneolentia conſerit arua
Arboribus, ſpicis nunc tegit illa caput:
Nunc & pampineis circundat tempora ſertis,
Implicat & canas flore nitente comas:
Nunc fruticũ genus, et medicas mortalibus herbas
Gignit, & infuſo membra liquore leuat.
His actis, diuina hominem ſub imagine formas,
Cunctaq́; mortali ſubijcis imperio.
Quid referam legeſq́; datas, & iuſſa uerenda,
Carminaq́; antiquis condita temporibus?
Fatidicos memorem Vates? exempla piorum?
Tot ueterum monitus, tot monimenta ducum?
Perpetuæ manifeſta canam data fœdera uitæ?
Claraq́; uel terris, uel data ſigna mari?
Queis hominum genus inſtrueres, queis ſumma ſa-
Nititur, & Cœli regia celſa patet. (lutis

Damna-

Damnatum tamen exilio atq; horrentibus umbris
Reſpicis, atq; iterum ſidera ad alta uocas.
Nec ſatis: Humana terras ſub imagine luſtrans,
Altius humana conditione potes.
Iuſtitiæq; uias, diuinaq; nomina pandis:
Solus & inſolito numine corda moues.
Expellisq; hominum languenti è corpore morbos,
Nec piguit medicas applicuiſſe manus.
Occultumq; Deum, ſecretaq; numina ſenſim
Exeris, & ſummo te Genitore ſatum.
Nec tamen aut æſtus, aut frigora ferre recuſas:
Languida'ue externo membra leuare toro.
Pauperiemq; ſubis, duraq; incommoda uitæ,
Sæpe ſitim, & longæ tædia longa uiæ.
An memorem congeſta malæ conuicia linguæ,
Dictaq; in æternum tot mala uerba Deum?
An ſileam commiſta malis ludibria uerbis,
Et miſſa in ſanctas ſputa cruenta genas?
Quid maiora ſequar? me propter maxime Diuûm
Effuſo indignam ſanguine tingis humum.
Tingis humum uix uirginea tener editus aluo,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequeris.
Dum mortis duræ ante oculos occurrit imago,
Sanguineus toto corpore ſudor ijt.
Vel quum dira cohors lento tua terga flagello
Cædit, & aſperſo ſanguine terra rubet.

Per-

Perfoßum ſpinis caput, & rorantia cerno
Pectora, ſincerus perfluit ora cruor.
Traiectiq́ pedes clauis, palmæq́ rigeſcunt:
Oraq́ lethali triſtia felle madent.
Hi'ne oculi aſpiciunt oſtro uiolata rubenti
Robora, ut oſtrino rore madeſcit humus?
Demiſſumq́ caput uideo, & caua lumina morte,
Oßaq́ de proprio diſſociata loco?
Tu'ne igitur letho functus mea uulnera largo
Sanguine, & inſueto fœda liquore lauas?
Tu'ne etiam mortēq́ meā & mea uuluera curas
Morte tua? tanti uita putanda mea eſt?
Sic placitū bone Rex: tua te huc clementia adegit:
O` dolor, ô lacrimis funera digna pijs.
Te fleuit miſerata ſuum Natura Parentem,
Decolor & mæſtas reddidit exequias.
Sol rutilos uultus ferrugine tectus Ibera,
Quadriiugos nigris condidit æquoribus.
Ipſa ſoror tenebris & fracto pallida cornu,
Dicitur aßuetas deſeruiße uias.
Hyrcanæ gemuere feræ, ſcopuloſaq́ cete,
Halcyones mæſtum concinuiſtis aues.
Tunc etiam diſcißa ſacri uelamina templi,
Terraq́ ſub Stygios penè recepta lacus.
Luridaq́ inferni patefacta eſt ianua Ditis,
Scilicet inuicta ianua fracta manu:

Feli-

Felicesq́; animas uicto Pater eripis Orco,
Figis & ætheria parta trophæa domo.
Tertia ſed poſtquã nituere crepuſcula Phœbo,
Lætior & ſolito fulſit ab axe dies,
Depoſitis nouus exuuijs, nitidusq́; iuuenta
Surgis, & Eoo ſidere candidior.
Tum triſtes læto aſpectu ſolaris amicos,
Commendas uitæ tum documenta nouæ.
Inſtituisq́; nouum morem, ritusq́; ſacrorum,
Diuinæ ut ſeruent fœdus amicitiæ.
Iamq́; quaterdenos aurora expleuerat orbes,
Victor ouans Cæli regia tecta petit.
Alipedes circum famuli comitantur euntem,
Et plaudunt facili ſigna ſecunda manu:
Diſpelluntq́; alto uolitantes æthere nubes,
Et reſonant longa carmina læta tuba.
Occurrunt hilares ſtellanti in ueſte miniſtri,
Excipit & læto regia tota ſinu.
Cœleſtesq́; choros ſuprà, ſupra ardua cœli
Ipſe Pater celſo collocat in ſolio:
Oſtentasq́; tuum transfixo in pectore uulnus,
Transfoßosq́; pedes, ambroſiasq́; manus.
Inde alta reſidens ſede, nimboq́; coruſcus,
Et tecum regni ſigna uerenda gerens,
Exures labem infectam terraq́; poloq́;,
Et cunctis Iudex debita perſolues.

Biſqui-

Biſquinos poſt ſacra dies demittis ab alto
Promiſſa, & tanto munera digna Deo,
Diuinamq́ auram, atq; aurai ſimplicis ignem,
Cæcaq́ cœleſti lumine corda rigas.
Agnoſcuntq́ tuum Tarteſſi in littore numen,
Et cumulant multa thurea dona prece.
Salue magne Parens rerum, qui cuncta gubernas,
Qui cuncta ætheria de regione uides.
Qui genus humanum reuocas, qui ducis ad aſtra,
Et per quem Cœli mitis aperta uia eſt:
Auctorem teſtata ſuum te cuncta ſalutent,
Cantet & Eoo ſole peruſtus Arabs:
Et quæ Parrhaſio ſubiecta eſt terra Bootæ,
Nec uidet albentem Sole oriente diem.
Da Pater, ut quodcunq; meæ ſuperat mihi uitæ,
Te colat, & laudi ſeruiat omne tuæ.
Et quum fila legent mihi iam ſuprema Sorores,
Claudet & extremus lumina uicta ſopor:
Cœlicolasq́ choros inter, cœtusq́ beatos
Perpetuùm uideam, perpetuumq́ canam:
Hic ubi læta tuos dum ſpectant agmina uultus,
Quiſq; tuas laudes & benefacta canunt.

IN CHRISTVM.

QVi magni ſpectare ſoles opera alta Parẽtis,
Quicquid et immẽſo ſolus in orbe creat,

Miraris

Miraris tacitus, tantarum exordia rerum
Certus ut æterna lege gubernet amor:
Et mirare uagi claros Hyperionis ignes,
Vt primùm roſea luce refulſit humus:
Lucentemq́ noua ſubter Titanidos orbem,
Nocturniſq́ altè ſidera luminibus:
Vel cum purpurea facie, nitidoq́ capillo
Lucifer Eoo ducit ab axe diem.
Vtq́ leuis ſeſe tollens à nubibus aer
Surgat, & aerio lumine terra micet:
Vtq́ maris uaſtum diſcludant littora marmor,
Grandiaq́ è tenui flumina fonte fluant:
Tum quibus in medio uinclis grauis aere tellus
Pendeat, Oceani quam lauit amnis aquis:
Totq́ nouos fœtus gremio, tot fundat odores,
Soluat & integra ſemina certa fide:
Totq́ hominum uarias ſpecies, tot ſecla ferarum,
Quæq́ latent ſiluis, quæq́ uagantur aquis:
Vtq́ ſuos peragant uoluentia ſecula curſus,
Quattuor in partes ut breuis annus eat:
Tu mecũ ô mirere magis, quòd maximus auctor,
Qui cœlum ac terras, qui maria alta tenet,
Vt lapſum reuocare hominem de faucibus Orci
Poſſet, & ætherÿs inſeruiſſe choris,
E` cœlo Vnigenam prolem, qua cuncta creauit,
E´que ſinu noſtrum miſit in exilium.

Huma-

Humanãq́ animam, moribũdaq́ membra gerentẽ,
Iam ſine patre hominem, iam ſine matre Deum.
Quid referam, dulci pro libertate ſuorum
Seruire æternum non puduiſſe Deum?
Nec ſatis: immundumq́ gregem lauit ipſe cruore,
A'que immortali morte redemit oues.
Et paſci ſine fine dedit uernantia prata,
Et bibere ex ipſo fonte perennis aquæ.
Da Pater hæc benefacta tui mitiſſime Nati
Et canere, & memori ſemper amare fide:
Vt te poſt obitum ſublimi in ſede ſedentem
Aſpiciam, nullis falſus imaginibus:
Aeternumq́ manus pulſa teſtudine laudes
Perſonet, & grates ore ſonante canam.

IN RESVRRECTIONEM CHRISTI.

IAM ſatis aſſiduo iuuet indulſiſſe dolori,
Et lacrimis triſtes ſæpe rigaſſe genas
Durior indomito poteras adamante uideri,
Et Libycas duro uincere corda feras,
Si poteras CHRISTI laceros crudeliter artus,
Et diram ſicco lumine ferre necem:
Si poteras diuæ lacrimas perferre Parentis,
Fractaq́ biſſenum funere corda uirûm:
Cernere ſqualentem picea ferrugine ſolem,

Ipſaq; in obſcurum lumina uerſa diem:
Cernere concuſſam tellurem, & maxima motu
Mœnia præcipiti diſſiluiſſe ſono:
Pro lacrimis meriti templis reddantur honores,
Lætaq; pacatus tempora mundus agat.
Exultet Natura parens redimita coronis,
Et noua ridenti gaudia fronte gerat.
Exultet terrarum orbis, noua lumina Titan
Præbeat, & roſeo fulgeat axe dies.
Terra ſinu fœcunda nouos ſummittat odores,
Et religet feſta tempora cana roſa.
Et pater Oceanus lætantibus inſonet undis,
Littoraq; inſueto murmure læta ſonent.
Accenſis nocturna micent noua lumina tædis,
Et certent claris lumina ſideribus.
Quandoquidem effractis nigri iam poſtibus Orci,
Victor ouans Chriſtus ſidera ad alta redit:
Exutus mortalem umbram, moribūdaq; membra,
Et matutino ſidere candidior:
Et liber tumuli exurgit cuſtode relicto,
Vix primum nitido mane ferente diem.
Tertia lux tumulo potuit ſpectare iacentem,
Quæ fixum in ſumma uiderat ante cruce.
Intrantem ſtupuere umbræ, maneſq; profundi,
Horruit inferni regia tota Iouis.
Ipſe autem uictor ſpolijs indutus Auerni,

Extulit inuicta ſigna ſuperba manu.
Aurati circum radij rutilantia cingunt
Tempora, diuinum ſpirat ab ore decus.
Innumeræq; acies flammis, auroq; coruſcæ
Signa ferunt, crines laurea ſerta premunt.
Illuſtres animæ, Ditis ſpolia ampla tyranni,
Dulcia uictrici carmina uoce ſonant.
Aethra nouo clangore tubæ percuſſa remugit,
Et reſonat molli pollice pulſa chelys.
Anteuolant qui læta ferunt noua nuncia Matri:
Natus adeſt uictor, iam pia Mater adeſt.
Excipis hunc uenerata ſinu, colloq; reuinctam
Te tenet, & dulci ſuſtinet uſq; mora.
O' quæ Diua Parens tunc oſcula dulcia libas,
Dulcibus ut lacrimis intepuere genæ?
Miraris florentem annis, uiridiq; iuuenta:
Miraris capiti gemmea ſerta nouo.
Miraris qualem ſolio ſpectabis ab alto,
Et cælo, & terris, & dare iura mari.
Ille tibi uictasq; acies ſub Tartara nigra
Narrat, & inſigni parta trophæa manu:
Vtq; tot egregias animas reuocauerit Orco,
Clauſerit & Stygij regna ſubacta Iouis.
Hic comites lætus pariter, ſociosq; reuiſit,
Triſtiaq; ingenti corda dolore leuat:
Oſtentatq; manus, transfixaq; pectora ferro,

Si-

Signaq́ perpetuis inclyta uulneribus.
Quin etiam ſine labe ferens, ſine pondere corpus,
Intrat, & occluſas permeat uſq; fores:
Vitigenum ſumit laticem, & fragrantia mella:
Squamigeros piſces ueſcitur, & Cererem.
Tum demum reſeratq; uiris uenientia ſæcla,
Pandit & antiquis condita carminibus.
Et ſacrum inſpirat diuino è pectore Flamen,
Et iubet audaci tollere ſigna manu:
Et totum formare nouis ſub legibus orbem,
Cogere & errantes ſub noua tecta greges.
CHRISTE Pater, qui morte tua crudelia Mor(tis
Iuraq́, & incurſus ſoluis, et imperium,
Viſceribus qui paſcis oues, ſacroq; cruore,
Quiq; tuis ſanas uulnera uulneribus,
Aeternæq; uiam monſtras, & præmia uitæ,
Inſeris & noſtris munera pectoribus.
Te ſurgente nouo ſurgat gens aurea Mundo:
Surgat, & inſolita tendat ad aſtra uia.

IN ASCENSIONEM CHRIſti Hymnus.

SVme lyram, dic Muſa nouũ, dic candida car(men,
Et iuuet humano linquere trita pede:
Scandentem ſuper aſtra uolens Hominẽq; Deumq;
I ſequere, ætherios ponè ſecuta choros.

Iamq́ quaterdenos Titan uagus hauſerat orbes,
Clarior & toto fulſerat orbe dies,
Poſtquam iuſſa libens ſummi ueneranda Parentis
Fixus in indigna fecerat antè cruce:
Poſtquã homini pacem æternam, noua lumina uitæ,
Et dederat plena dona beata manu:
Poſtquam Erebi uaſtator ouans, uictorq́ ſepulchri,
Extulerat ualida parta trophæa manu:
Chriſtus oliuiferi quum ſacro in uertice montis
Aſtitit, & circum plurima turba uirûm,
Quos teſtes legit ipſe ſibi, totumq́ per orbem
Imperat inuicta tollere ſigna manu,
Atq; rudem formare nouis ſub legibus orbem,
Et noua iam terris, & dare iura mari:
Et trahere humanos Diuina in retia piſces,
Et Cereris flauas cædere falce comas:
Inde leuis circum nebulæ uelatus amictu
Se rapit, & ſenſim ſidera ad alta leuat:
Vt clauſi tandem ipſe fores recludat Olympi,
Atq; hominem inſolita tollat ad aſtra uia.
At læti triſtesq́ oculis comitantur euntem,
Et longùm obtutu lumina fixa tenent,
Dum licet: ætherias donec dilapſus in auras
Euolat & uentis ocyor, & radijs.
Hunc animæ circum, immitis ſpolia ampla tyranni,
Dulcia uictrici carmina uoce ſonant:

Pen-

Pennipedesq́; chori, cœliq́; exercitus ingens
Præcedunt, palmæ tempora uncta tegunt.
Inſtrumenta gerunt noſtræ ueneranda ſalutis,
Et referunt læta ſigna ſuperba manu.
Victrices dant ſigna tubæ, lituiq́; ſonantes,
Et reſonat cantu dulcis uterq; polus.
Occurrit cantu uario gens excita cœli,
Verſicolore ſacrum ſidere cincta caput.
Et procul, ô quis'nã iſte, Hominis ſub imagine Cœ-
Scandere, & ignotas auſus inire uias? (lum
Quis nouus ô Rex iſte Deûm, ſtipante caterua
Regali. flauas preſſus honore comas?
Quis nouus hic, cui Luna nitens, cui gloria cœli
Ceſſerit, ardenti dum coquit arua face?
Vnde illi ſignata nitet non una cicatrix?
Vnde illi rubro ſanguine tincta toga?
Hic Patris æterni Sophia, hic certiſſima proles,
Hic cœlum ac terras & maria alta tenet.
Per quem firma manet ſpacioſi machina Mundi,
Qui liquidum uario ſidere pinxit opus.
Per quem purpurei candens nitet orbita Solis,
Pulchraq́; fraterno lumine Luna micat.
Per quem perpetuus genitalia ſemina rerum
Miſcet, & æterno fœdere iungit amor.
Et circum ſpacia ampla tenet diffuſilis aer,
Et gelido ſitiens rore madeſcit humus:

Et maris Oceani refluentibus humida lymphis.
Firmaq́; librato pondere terra iacet:
Dædalaq́; in certum cunctis animantibus uſum
Sufficit immenſo larga alimenta ſinu.
Inſignemq́; hominem radiantis imagine Patris
Condidit, & certa tempora lege dedit:
Queis Patrem in terris coleret, uenerandaq́; iura,
Et regeret certis ſubdita temporibus:
Vt tandem patrio lætum transferret Olympo,
Cerneret & nullis finibus ora Dei.
Damnatū tamē (heu) mortale genus, pœnisq́; grauatum,
Deiectumq́; alti ſedibus Imperij,
Vt tandem in patrium clemens reuocaret Olympū,
Cerneret & nullis finibus ora Dei:
Ipſe hominē, ſator ipſe hominū, moribūdaq́; mēbra
Induit, & ſanctis legibus obſequitur.
Dumq́; hominum dulcem uitæ præponit amorem,
Sponte ſua in ligno dulce pependit onus:
Inſontemq́; animam per dulcia uulnera fudit,
Protinus & cœli libera facta uia eſt.
Concretamq́; animis labem, commiſſaq́; largus
Non ſemel effuſo ſanguine noſtra luit.
Hinc illi ſignata nitet non una cicatrix,
Hinc illi rubro ſanguine tincta toga.
His dictis: ſonuere nouo caua cymbala cantu,
Et cithara, & dulci naulia pulſa manu.

Occur-

Occurrunt cœli proceres, uolucriſq; iuuentus
Excipit, & plauſu regia tecta ſonant:
Exceptaſq; iterant laudes, & carmina Diuûm,
Carmina mortali non referenda ſono.
Cœlicolæ inter ſe caris complexibus hærent,
Et gaudent mistis ſe ſociaſſe choris.
Intrantem Dominum agnoſcit rutilantis Olympi
Regia, & inſueto lumine templa micant.
Vt primùm Cœli medio in regione beata
Conſtitit, & Patris procidit ante pedes:
Ipſe Pater ſolio Vnigenam complexus ab alto
Accipit, & blando detinet uſq; ſinu:
Mox cœli tractus ſupra, ſupra agmina Diuûm
Euehit, & dextro collocat in ſolio.
Cœlicolæ aſſurgunt omnes, gratantur ouanti,
Grataq; adoratis oſcula dant pedibus.
CHRISTE Deus, bone Rex, uicta qui morte tri
Quiq; tuos reges efficis, atq; deos: (umphas,
Quiq; pias lætis animas ſine fine reponis
Sedibus, & uitæ fonte perennis alis:
Per quem quiſq; breuis post dura incommoda uitæ
Accipit emeritæ præmia militiæ:
Promiſſāq; Aurā, atq; Auræ omnipotentis amorē,
Teq; libens noſtris inſere pectoribus:
Da curas calcare humiles, da linquere terras,
Et tecum ætheria iam regione frui.

IN VIRGINEM MATREM Hymnus.

Qvamuis Diua Parens, ſummi gens incola cœli
Te cithara, & dulci carmine læta ſonet:
Mortales ne ſperne ſonos, neu deſpice cantus,
Suſcipe & hæc læto munera parua ſinu.
Sub pedibus diſtincta premunt dum ſidera Diui,
Stellarum'ue chorus redditur Oceano,
Perpetuo Diuina canam te carmine Mater,
Et tua Mygdonium numina cantet ebur:
Et raucæ Mariam ripæ, & caua littora dicant,
Curuaq́ muſcoſis fontibus antra ſonent.
Salue magna Parens, hominum Regina, Deûmq́,
Et per quam cœli mitis aperta uia eſt.
Tu nautis Cynoſura nites, tu carbaſa tendis,
Et per te portus quaſſa carina ſubit.
Tu gentem humanam reuocas, tu lumina uitæ
Reddis, & extenta dona beata manu.
Tu præſens Dea concilias Natumq́ Patremq́,
Ipſa tuo eſt terris munere parta ſalus.
Tu Stygios inuicta canes, nigrantia monſtra
Diſijcis, & diri regna ſuperba Iouis.
Per te Cœleſteſq́ chori, Vitæq́ perennes
Humano gaudent ſe ſociaſſe choro.
Sic Cœlum, ſic Terra tuo de munere creuit,

Sicq́

Sicq́ nouis creſcunt ſidera ſideribus.
Tu Superûm lux alma micas:tibi lumina Phœbus
Cedit, & extremo quæ nitet orbe ſoror.
Felix prole parens, nulliq́ obnoxia culpæ,
Humanum decoras prole micante genus.
Conditor æterni nondum formauerat orbis
Mœnia, & æternis ſidera luminibus:
Nondum purpureo ueſtibat lumine Cælum,
Stabat adhuc nigrum nox adoperta caput:
Nec grauis in medio dependens aere tellus,
Diues inexhauſtas ſponte ferebat opes:
Nec pater Oceanus terras ambibat inertes,
Spumabantq́ hudis cærula littoribus:
Nec celer Aegæo ludebat in æquore delphin,
Nec pecudes Protei Tethyos unda dabat:
Nec uariæ uolucres ſiluis cœloq́ uolabant,
Nec rabidæ norant inuia luſtra feræ:
Nec Deus è limo mortales finxerat artus,
Et nondum leges, arctaq́ iura dabat:
Quum Pater omnipotens multis è millibus unam
Te legit, & matrum donat habere decus:
Vnigenamq́ iubet materno è ſanguine Natum
Sumere mortali membra fouenda ſinu.
Priſtinaq́ intacti ſeruans monimenta pudoris,
Ipſa tuum gignis corde micante Deum.
Nunc tenerum ſupplex congeſto in ſtramine ponis,

Nunc gremio fotum pectora ad ipſa premis.
Mirarisq́; duces Nabathaea ab ſede profectos,
Myſtica lactenti munera ferre Deo.
Et Patri gemebunda pias modò ſiſtis ad aras,
Dum tener effuſo ſanguine iuſſa facit.
Nunc tecum trepidante fuga fera iuſſa tyranni
Effugit, & Pharia delitet exul humo.
Interdum notos inter, cognataq́; tecta
Quaeris, & ingenti preſſa dolore gemis.
Ille autem proceres inter, populiq́; magiſtros
Edocet, & Pueri ſtillat ab ore lepos.
Quid referam? quae te tentēt noua gaudia Matrē?
Deſerat ut triſtis pectora mœſta dolor?
Quum turba comitante uides modò ſacra docentē,
Et modò uentoſo ponere iura mari:
Dum fama illuſtris per tot miracula rerum
Saepe Palaeſtinas itq́; reditq́; uias.
Nā quis ſancta Parens, nam quis tua gaudia Virgo
Explicet? aut dictis aequiparare queat?
Quum Natum ex Acheronte uides à funere Regē
Tollere uictrici parta trophaea manu:
Atq; choro ſtipante Deum, plaudentibus aſtris
Sublatum aetherios tranſiliſſe choros.
Inde alacris, uictrixq́; tuum poſt funera corpus
Sumis, & aeternum regna beata petis.
Iamq́; omnes tranſmiſſa choros ſuper aethera curris
Scan-

Scandis, & aurata ſede uerenda ſedes.
Hic te gemmato cinctam diademate crines
Cœlicolæ aſpiciunt, oraq; fixa tenent.
Hic Natum radiantem auro, ſceptriſq; Paternis
Læta uides terris, & dare iura polo.
Illius Regina potens auerte furorem,
Deponat iuſta tela triſulca manu:
Det populis pacem æternam, det gaudia uera,
Aſpiciat propius quaſq; redemit oues.
Sic tibi plena Deo ſemper fumantibus aris
Perſoluent caſtæ publica uota nurus.

SOMNIVM.

Nox erat, & tacito ſpargebat lumina cœlo:
Et maria & terras preſſerat alta quies.
Solus ego inſomnis tota ſuſpiria nocte
Dum repeto, lachrymis non caruere genæ.
Singula fallacis meditabar dicta puellæ,
Abſtulerant ſenſus improba uerba meos.
Talia dum flemus, cœlum ſplendeſcere cœpit:
Fulgebatq; polus, nec tamen orta dies.
Et iam purpureo paulatim Lucifer ortu
Præuius Auroræ cœperat ire ſuæ:
Quum Deus, afflictis requiem qui mentibus affert,
Affuit: utq; reor, ſomnia uera tulit.
Nam Dea quæ terras & ſidera cuncta gubernat,

Eſt

Eſt mihi cœleſtes ducere uiſa choros.
Ambroſium ſacro ſpirabat uertice odorem:
Aurea cæſaries, aurea ueſtis erat.
Illic quos Oriens, & quos habet Indus odores,
Fundebat largo terra benigna ſinu.
Protinus alma dies, & ſidere purior omni
Viſa fuit radios explicuiſſe ſuos:
Nauita nigrantes non illa nocte procellas
Horruit, aut uentos, Oceaniq́ minas.
Vtq́ meis oculis ſeſe dedit illa uidendam,
Diuino tales edidit ore ſonos:
Ecquis erit uæſane unquam tibi finis amandi?
Saucia quàm longo tempore corda geres?
Non'ne pudet Venerem cunctis coluiſſe diebus?
Teq́ Dionæo ſuppoſuiſſe iugo?
De te iam toto narratur fabula uulgo:
Nequitiam didicit uir mulierq́ tuam.
Improbe quid ceſſas ueniam meruiſſe precando?
Et lachrymis faciles ſollicitare Deos?
Eſſe puta manes, & Tartara nigra, lacusq́,
Et uada ſulphureis feruida ſemper aquis.
Talibus exercet ſontes, pœnásq́ repoſcit
Ille Deûm omnipotens arbiter, atq́ hominum.
Contrà autem queis cura poli, queis cura ſalutis
Aeternæ, æternùm regna beata dedit.
Hic noua iucundo ſemper loca lumine rident,

Et

Et ſuperi obtutu lumina fixa tenent.
Hic cithara cantusq; uigent, & carmina paſſim,
Carmina mortali non referenda ſono.
Aura peregrinos lætiſſima uincit odores,
Siue tuos Babylon, ſiue Sabae tuos:
Quosq; legunt Cilices, & quos ſub Sole recenti
Parturit Eois barbara terra iugis.
Diſcumbunt læti, atq; effulgent ueſtibus aureis
Cælicolæ, & plauſu regia tecta ſonant:
Felix qui potuit cæleſti accumbere menſæ,
Atq; haurire ipſo è fonte perennis aquæ.
Pallentes procul hinc morbi, triſtisq; ſenectus,
Et curæ uigiles, ſollicitiq; metus.
Talis erat tellus Adamo rege, priuſquam
Pulſus ab Elyſijs ſedibus ille foret.
Nondum pacatum fera mors intrauerat orbem:
Non mala, non peſtis, non metus ullus erat.
Nullus adhuc proprios norat tranſcendere fines,
Aut ratibus dubium ſollicitare fretum.
Non ſonipes duris attriuerat ora lupatis,
Dextra nec æratam duxerat ulla tubam.
Non hoſtis, non pugna fuit: nec fortia belli
Militis inſanus fecerat arma furor.
Nec dominus certo ſignabat limite campum,
Nullus inexpertam taurus arabat humum.
Sponte ſua grauidas campos fundebat ariſtas,

Atq; merum nulla uinea culta manu.
At poſtquam fului ſucceßit cura metalli,
Vidit & effoßas diues auarus opes:
Venerunt lites, & mille pericula belli,
Iraq́; Lernaa ſanguine tincta feræ.
Nunc paßim cædes, & mutua uulnera fratrum,
Eſt quoq; qui nullos iam putet eſſe deos.
Ah quotiens, totum ut rueret qui fecerat orbem,
Corripuit ualida tela triſulca manu?
Et facturus erat: noſtri ſed uictus amore,
Suſtinuit miti fulmina rapta manu.
Ipſa ego te uarijs terraq; mariq́; periclis
Eripui, uotis non aliena tuis.
Torrida ſeu certis languerent membra diebus,
Vreret aut miſerum febris anhela iecur:
Languida ſeu ſubitus tentaret corpora morbus,
Siue dolor lateri continuatus erat.
Ergo concordes ducunt dum fila ſorores,
Deſere damnoſi caſtra pudenda dei.
Improbius nihil eſt, nihil eſt hoc turpius uno,
Quem genuit fœdi mater adulterij.
Dixit, & immenſum uelox penetrauit Olympum
Cœlicolas inter, cœlicolûmq́; domos.
Aſt ego tũc lachrymãs (ut erã) ſine uoce popoſci
Cœleſtes uotis ſupplicibus ueniam.

DI-

DIVIS VOTVM.

SAluete illuſtres Animæ, quas regia Cœli
Iam capit, & quorum corpora terra tegit.
Saluete ô ſacri cineres, ueneranda piorum
Oſſa, quibus magni numinis inſtar ineſt:
Queis Latium, queis Roma uiget, queis ſupplicat or-
Quos celebrat multa Romula turba prece. (bis:
Per uos immenſi placabilis ira Parentis
Arceat Iſmarij tela cruenta Ducis:
Et noſtros in bella duces ſine more ruentes,
Coniungat noſtris fœdere temporibus:
Sentiat & iuſtos iam Biſtonis ora furores,
Et cadat inuicta Barbara turba manu:
Et meritos inimica Deo gens capta triumphos
Præbeat, & noſtro laurea ſerta duci.
Tunc ego quà flaua Tyberis pulcherrimus unda
Effluit, & lymphis Martia culta rigat,
Solenni ſtatuam conſtructa altaria ritu,
Et reddam ſanctis annua tura focis.
Tunc uos Roma potens, tunc uos ter magnus Iulus
Inſolito ſupplex ſemper honore colet.
Auguror: en dextra Cœli de parte ſerenum
Fulſit, & inſueto lumine Roma micat.

AD BARBITON.

HActenus ah malè caute iuuet luſiſſe iuuen-
Barbite carminibus: (ta

Et Paphia incinctum myrto, lauruq; uirenti
Concinuiſſe toros,
Siue tuos Iſabella, tuos ſeu ruſtica proles
Pan Deus Arcadiæ:
Et laudes celebraſſe uirûm, modò ſecla Leontis,
Nunc tua Cinyphio
Horrida caſtra ſolò Cæſar: modò Phœbe labores,
Pulchraq; Luna tuos
Flebilibus cantaſſe modis, & triſtia fata,
Funeraq; atra uirûm.
Iam pudet inſanos dixiſſe licentius ignes,
Marmoreosq; ſinus,
Et crines uaga Phylli tuos, atq; ora Lycinnæ,
Aureolumq; pedem:
Totq; alios fruſtra luſus, & inania uerba,
Et ſine mente ſonos.
Hactenus ah malè caute iuuet luſiſſe iuuentæ
Barbite carminibus.
Felix ille animi, quem primo à flore iuuentæ
Concelebraſſe iuuat
Tergeminum rerum artificem: nunc culta dicaſſe
Carmina cœlitibus:
Nunc ueterum mores laudaſſe, & facta piorum
Inclyta nominibus.
Ergo age care mihi teneris dilecte ſub annis
Dic meliore ſono:

Dic

Dic rerum cauſam, uario quæ ſidere Cœlum
Dædala compoſuit,
Et liquidum teneris complexibus aera fudit,
Veliuolumq́ mare.
Per quam terrarum ſpacia ampla immenſus uterq́
Alluit Oceanus.
Per quam firma manent legi ſubiecta Paterna
Ordine quæq́ ſuo:
Quæ nouit memorare pios, quæ præmia cuiq́
Reddere digna ſolet.
Ergo age care mihi teneris dilecte ſub annis
Iam meliora cane.
Te ſtellis Pater ætherijs pro talibus aſtrum
Inſeret Omnipotens,
Et tua perſpicuo fulgebunt candida cœlo
Lumina perpetuò.

DE GAVDIIS COELITVM Hymnus.

Eia age care mihi tenerum dic Barbite carmẽ,
Dic meliore ſono:
Exultentq́ nouo reſonantes pectine chordæ.
Vos mihi cœlicolæ
Adſitis, dum dextra mouet leuis aurea plectra:
Carminibusq́ nouis
Alipedesq́ choros, & adhuc ſine corpore uitas,

Gaudiaq́ ampla Deûm
Concelebrat. Vos plectra mihi, uos ora mouete:
Carminibusq́ nouis
Concelebrate Deum, qui terno numine Cœli
Aurea templa tenet:
Aetheriasq́ urbes nobis, radiantia tecta
Incoluiſſe dedit:
Atq; uias uitro atq; auro calcare nitentes,
Floribus & uarijs:
Et dites fecit Pater optimus undiq; donis
Innumerabilibus:
Diſtinxitq́ choros, diſtinctisq́ agmina ſignis,
Et recinente tuba.
Aſt alijs alijsq́ dedit teſtudine, & aurea
Concinuiſſe fide:
Sub pedibusq́ nouem ſpectare uolumina Mundi,
Sidereasq́ plagas:
Quæ primordia rerum, ignes qui lucida paſcant
Sidera perpetuò:
Vtq́ pater Sol ipſe ſuo ſua ſidera curſu
Temperet ignipotens:
Vt bijuges uaga Luna regens per inania currus,
Tempora certa ferat:
Tum celer occaſus Phœbi quantum abſit ab ortu,
Qualis uterq; polus:
Vt grauis immenſo dependens aere tellus,
Pondere

Pondere firma ſuo
Subſidat, reuocetq́ nouo noua germina fœtu:
Queis pia mater alat
Alituum pecudũq́ genus, genus omne animantũ:
Quam pater Oceanus
Hinc atq; hinc fluitante ſinu complexus uterq;
Humida regna tenet:
Atq; ingens tot monſtra, feras tot cærula ſubter
Aequora ſemper alit.
Vos hominum genus ex alto, durosq́ labores
Cernitis intrepidi:
Hic ſterilem aßiduo dum frangit uomere terram,
Et nemora alta colit:
Hic rigido latus enſe tegit, ſequiturq́ cruentæ
Munera militiæ:
Ille leui uictu inuigilans petit æquora cymba,
Nec timet Aeolio
Emißamq́ hyemem, rapidosq́ è carcere uentos,
Vndiſonumq́ mare.
Vos loca ſenta ſitu, uos luce carentia regna,
Funeraq́ atra uirûm,
Et ſcelerum ultrices iuſto ſub Iudice pœnas
Cernitis intrepidi.
Funeris expertes omnes, curisq́ ſolutos
Otia dia tenent:
Felicesq́ animi, atq; operum cæleſtia tecta

Perpetuum colitis.
Hic ubi ſudanti ſtillant opobalſama ligno,
Puraq́; mella fluunt:
Fragrantesq́; ferunt rami fragrantia ſemper
Ordine poma ſuo:
Auricomumq́; recens, noſtrisq́; incognita ſiluis
Perſtrepit aura nemus:
Argutoq́; rigans uernantia culta perennis
Labitur unda pede.
Hic ubi uos ſine fine iuuant redolentia prata,
Purpureasq́; roſas
Nectitis & niueis & cianeis Hyacinthis.
Hic ubi perpetuo
Vere tepet geniale ſolum, nec ſolibus æſtas,
Nec niue ſæuit hyems:
Alternis'ue diem reuehit Sol aureus almum,
Pulchra'ue Luna nitet:
Sed radijs latè illuſtrat rutilantibus Agnus
Sidere candidior:
Atq; immortali reſplendent omnia luce,
Omnia plena Deo:
Sed ſedes Pax alma colit, Pax optima rerum:
Pacis & alma comes
Summa quies, cantusq́; uigent: choreasq́; Iuuenta
Florida ſemper agit.
Hic ubi ſe ſolio ex alto demittit IESVS,

Sce-

Sceptiferaq́; manu
Nectareasq́; dapes gemmantibus ordine menſis,
Ambroſiamq́; parat.
O' quæ Cœlicolæ, uos ô quæ gaudia tentant,
Veraq́; pax animi,
Flammantis Regina poli quum lumine blando
Exerit ora micans:
Virgineasq́; agitat choreas, ſiſtroq́; repulſo
Carmina mille canit.
O' quæ Cœlicolæ, uos ô quæ gaudia tentant,
Veraq́; pax animi,
Quum lucē immenſam, Regemq́; ardentis Olympi,
Tergeminumq́; Deum
Sublimem aſpicitis ſolio, radijsq́; coruſcum,
Luminibusq́; nouis:
Hic requies, hic pax animis placidiſsima ueſtris,
Vitaq́; perpetua.
Felices, queis lucem ipſam, quibus alma tueri,
Fulgidaq́; ora datur,
Siue poli luſtrare iuuat regna omnia circum,
Seu mare ueliuolum:
Seu terras celeres ſuprà, ſeu uiſitis infrà
Regis ad imperium:
Reſpicite ô Mortale genus, curisq́; grauatum,
Ferte & opem miſeris:
Vt tandem culpæ exortes tranſcribat Olympo

Arbiter omnipotens:
Aeternasq́; domos, ſuperiq́; ſedilia cœli,
Præmiaq́; ampla Patris
Accipiant, laudesq́; canant & pectore & ore
Inſatiabiliter.

DE GAVDIIS COELITVM.

SVme iterum mea Muſa lyrã: noua pectine fila
Percute Melpomene:
Linque ſolũ, curasq́; humiles: iuuet ardua pennis
Tranſilijſſe poli:
Teq́; choris miſcere Deûm, noua carmina Diuûm,
Ingeminare chely.
Ecce canunt, dulciq́; ſonant ſua gaudia cantu,
Et recinente fide,
Quas laudes tibi ſumme Pater, quas ſoluere grates
Cœlicolæ ualeant?
Tu fons ipſe boni, nulliusq́; indigus unquam,
Vitaq́; perpetua:
Tu nos alme creas: tu nos in lumina uitæ
Exeris è nihilo,
Illuſtrasq́; tuæ radiantis imagine formæ,
Aſsimilesq́; facis.
Nos propter clauſtra ampla locas flãmantis Olympi,
Aetheriasq́; domos
Argentoq́; auro & uerſicoloribus ornas

Dædale

Dædale ſideribus:
Ex ſolidoq; adamante fores, uiridiq; ſmaragdo,
Sardonycheq; micant.
Gemmataſq; arces, gemmataq; mœnia condis,
Conſpicuaſq; uias.
Hic ubi muneribus latè Pater optime rident
Omnia plena tuis.
Innumeraſq; acies, rutilantiaq; agmina Diuûm
Vrbe, domo ſocias:
Conſortes Pax alma regit, conſortia nectit
Vincula ſemper Amor:
Omnipotens, uenerandus Amor, diffuſilis Aura,
Numine cuncta fouens.
Hic ubi te lucem immenſam, te gaudia Diuûm
Noſſe datum Superis:
Ardenteſq; oculos, fulgentiaq; ora tueri,
Et ſine fine frui:
Atq; immortales lætanti carmine laudes
Concinuiſſe Deo,
Atq; incredibiles haud feſſo pollice grates
Perſoluiſſe lyra.
Feliceſq; tibi gratantur Maxime Diuûm
Ordine cœlicolæ:
Felices, quos perpetuò noua gaudia complent
Quò ſe cunq; ferunt.
Quos ſupra lux pura micat, lux omnia replens,

Tergeminusq́ Deus,
Omnigenûmq́ Deûm rector, rerumq́ repertor:
Vnigenamq́ uident
Implentem Patrio cæleſtia templa decore,
Luminibusq́ nouis,
Aeterno de Patre Deum, Diuûmq́ potentem,
De Genitrice Hominem:
Quæ ſolio ſpectanda nitet uelut aurea Phœbe,
Puniceis ue genis
Exurgens Matuta, nouo quum lumine Phœbum
Ex Oriente refert:
Cæleſtûm cui Dia cohors, reparataq́ debent
Lucida templa poli.
Felices, quos ſerta premunt radiantia gemmis,
Purpureisq́ togis
Exultant, cantu uario, fidibusq́ canoris,
Perpetuisq́ choris.
O fortunati, liquido quos nectare paſcit,
Ambroſiaq́ rigat,
Ille opifex rerum, Cæliq́ æterna uoluptas,
Mentis & alma quies.
Nec ſatis: ipſe ſuos Regis dignatur honore
Arbiter omnipotens,
Et cæli iubet eſſe Deos, Natosq́ uocari
Ipſe ſuos Genitor.
Sub pedibusq́ dedit ſtellantis mœnia mundi,

Aeriasq́

Aeriasq́ plagas:
Et circumfuſum uitreis complexibus æquor,
Aequoreosq́ ſinus,
Tellurisq́ ſitus uarios, ſpacia aſpera canis
Celſa cacuminibus:
Nigrantesq́ domos Ditis, nigrantia monſtra,
Quæ Phlegethonte rapax
Inuoluit gurges, fumanti & ſulfure torrens:
Queis bonus eripuit
Nos Pater, & clemens cœli in regione beata
Viuere conſtituit.
Nos tantis pro muneribus Pater optime Diuûm,
Dijq́, Deæq́ ſimul,
Innumerabilibus indeficientia ſæclis
Carmina concinimus:
Te dignas tu ſolus enim tibi dicere grates,
Atq; referre potes,
O rerum uenerande ſator, ueneranda poteſtas,
Cœlicolûmq́ Parens.

IN NATALEM CHRISTI.

NAſcere Chriſte puer, promiſſum nomẽ ab alto:
Cara Dei ſoboles, naſcere ſancte puer.
Cui Pater imperium cœli, terræq́, marisq́
Subdet, & inferni pallida regna Iouis.
Vos illum pennata cohors, gens ætheris alti

Excipite, & ſacro concelebrate choro.
Hic uobis uacuasq; domos, triſtesq; ruinas
Sarcit, & immenſas prodigus auget opes.
Vos illum humanæ diuerſo à cardine gentes
Excipite, & plantis oſcula mille date.
Hic ueſtri generis uindex, hic ſanguinis unus,
Hic uobis cœli regna beata dabit.
Tu uerò uenerande puer, pia uota benignus
Suſcipe, & è cunis ore micante faue.

IN EVNDEM.

ALma dies, te luce ſacra, te luminis auctor
Naſcitur, & cœli pondera ſentit humus.
Connectitq; polum terris, & fœdere iungit:
Atq; hominem inſolita tollit ad aſtra uia.
Atq; hominẽ Deus ipſe gerit, moribũdaq; mẽbra,
Dum redimit proprias, dum legit unus oues.
Te Superûm reparata cohors plaudentibus alis
Concinit, & lætis plauſibus æthra ſonat:
Humanumq; genus letanti uoce ſalutat,
Et colit aſsidua ſedula turba prece.
Tu magis atq; magis ſemper mortalibus alma
Naſcere, tu noſtræ cauſa ſalutis eris.

VIRGINI MATRI SACRVM.

HAnc citharã, Regina Deûm, tibi Zãchius
Dedicat, antiquo nomine Baſilius. (uni,

Hæc

Hæc cecinit Serri in ripis, quà Bergomen alta
Imminet, Auſonijs carmina ducta modis:
Florentisq; Hortos Sophiæ, menſasq; Deorum,
Et lacrimas dixit Virgo beata tuas:
Natalemq; tui Genitrix pulcherrima Nati,
Iordanemq; amnem, tergeminumq; Deum.
Tu citharam, tu dona libens, tu mente benigna
Suſcipe pro tantis carmina muneribus.
Et da Diua parens, ut te poſt funera lætus
Perſonet æternis Candida carminibus.

VIRGINI MATRI SACRVM.

Solennes tibi Diua parens, tibi Zanchius aras
Ponit, & incenſis maſcula thura focis:
Comparibus ueneranda premit modò tẽpora ſertis,
Tempora gemmatis fulgida ſideribus:
Et modò ſancta nouis celebrat tua numina ſacris,
Soluit & integra debita uota fide:
Qualiacunq; tuæ contexit carmina laudi,
Et tibi ſacratos dedicat ante pedes.
Tu mundi Regina uolens de uertice cœli
Aſpice, & inuicto numine Diua faue.

VIRGINI MATRI SACRVM.

HAEC humilis uotiua dico tibi munera Licmon,
O maris, ô terræ, cœlicolûmq; potẽs:

Per

Per gemitus, dixi, alma tuos, per uulnera Nati,
Me, precor, inuicta ſuſcipe Diua manu.
Tu caſus miſerata graues, & triſtia uota,
Reſpicis, & fletus Virgo benigna meos.
Hinc caſus depicta graues & triſtia uota
Indicat, & fletus parua tabella meos.
Ipſe tua ueneranda m anu uada ad alta Metauri,
Ipſe tuas laudes, carmina mille canam.

AD VIRGINEM MATREM.

AVrora ueniente, madet dum cana pruinis,
Roſida dum uario germine terra uiret:
Exquilias quà Diua tenes, quà Romula pubes
Condita Mygdonio marmore templa colit:
Quà cunctis ueneranda patet tua dulcis imago,
Sanctaq; thuricremis ignibus ara micat:
Te ueneror Regina Deûm, te ſupplice uerſu,
Et tua uotiuis Numina muneribus.
Huc ades ô Diuina parens: & numine dextro
Reſpice Romanos, meq;, meamq; domum:
Reſpice diſperſosq; greges, pecorisq; magiſtros:
Te duce commiſſas paſcat Iulus oues.
Sic tibi perpetuis uigilent altaria flammis,
Quacunq; Eoa luce renidet humus.

IN

IN IMAGINEM DIVI Pauli Apoſtoli.

VNde nouus liquor iſte fluit, ceruice reciſa?
Vnde nouo uiridis lacte madeſcit humus?
Agnoſco iam Paule tuam per uulnera mortem,
Agnoſco immiti colla reſecta manu:
Biſſenos inter Proceres clariſſime factis,
Quo duce uictori gloria parta Deo eſt,
Diuiniq́; gregis cuſtos: quem pectore toto
Gignis, & admotis paſcitur uberibus.
Quàm bene uitalis pro ſanguine profluit humor:
Quàm bene cœleſti lacte madeſcit humus.

DIVO ANDREAE APOſtolo ſacrum.

HAnc arã tibi Diue parẽs ter magnus Iulus
Excitat, integra debita dona fide.
Per te ſancte parens, per barbara tela, per hoſtes,
Effugit diras prouidus ante manus.
Per te terrarum Diuino Numine Princeps
Immenſi fines temperat imperij.
Qui patrem, cymbamq́; uolens, & retia linquis,
Primus & ad Domini dicta uocantis ades.
Andrea uenerande, ſacram per cærula cymbam
Fac regat, & ſalua puppe magiſter eat.

Tunc tibi conſpicuam candenti è marmore cymbam
Ponet, & aurato cærula uela mari.

IN IMAGINEM DIVI IOannis Chryſoſtomi.

O Nimiũ uenerãda mihi, mihi dulcis imago,
Quàm bene Diuini ſigna decoris habes?
Qui radij, quæ'ue ora micant, quæ ſidera fronti:
Quos ignes, uel quas fundis ab ore faces?
Salue magne parens, Cœli decus, aurea fandi
Copia cui meritum nomen & ora dedit.
Nil mortale ſonas, ſummi ſeu ſcripta Parentis
Excutis immenſis finibus ingenij,
Siue rudes formare uelis melioribus orſis,
Anxia ſeu triſti corda dolore leuas,
Seu dictis mulcere feros, ſeu flectere ſenſus,
Gratia Diuino ſemper in ore ſedet.
Antiochi te magne ſolum, te Thracia longè
Littora, & Euxini marmoris ora ſonat.
Armeniusq; canit cultor beneolentis amomi,
Quiq; Cilix rubri demetit arua croci.
Te totus terrarum orbis, te curia Cœli
Suſpicit, & Cœlo tot benefacta beant.
Per te ſancte pater, tua nos exempla ſecutos,
Ipſe Pater Cœlo transferat omnipotens.

BASI-

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. IIII.

PANOS ET AEGIS EPITHALAMIVM.

SOL, qui flammarum cœleſti ardore coruſcus,
Immēſos pelagi tractus, terraſq́ patentes
Illuſtras, cœlumq́ perenni luce recludis,
Tunc melius nituere ingentis mœnia mundi,
Largior & ſummos ſparſiſti lumine montes:
Tunc terræ præter ſolitum fulgentibus aſtris
Miratæ, ſtupuere nouum luceſcere Solem.
Dum ſolem aſſuetum lætanti uoce ſalutant,
Quum Pani ſocianda æternis nata Hymenæis
Iam foret, & thalami æternum aſcenſura cubile,
Aeternosq́ habitura nouo cum coniuge honores.
Iamq́ aderat promiſſa dies, & Lucifer aureo
Optatos tandem Oceani de gurgite uultus
Extulerat, fluit ad tædas excita iuuentus,
Vnà omnis Dryadumq́ chorus, uiridesq́ Napææ
Mænalio è ſaltu, & cupreſſifera Cyllene.
Pana nemus ripæq́ iterant: procul antra remittunt
Aegem, clamatāq́ Aegem reſonantia ſaxa.
Qui Crathim, Metopēq́ bibūt: quosq́ agmine dulci
Educat,

Educat, & uitreis Celadon liquidiſsimus undis
Percurrit, magnumq́; fluens de montibus ambis
Formoſis Erimanthe uadis: quos pinea paſcit
Partheniј circum plaga, & altis collibus errant,
Conueniunt, celabrantq́; ſuis connubia donis.
Hic pomoſa tulit uirgatis ſerta caniſtris:
Hic de purpureis decerpas uitibus uuas:
Hic platanum nemoris de uertice Nonacrini
Collocat: ille alto tendentem brachia cælo
Coniferam pinum, aut pulſantem ſidera quercum.
Florebat latè intonſis circundata ſiluis
Planicies, properantis aquæ quam frigidus inter
Ambitus, & rigui ſaliunt per gramina riui:
Textilibus quadrant contexta umbracula myrtis.
Hic agiles Nymphæ ad thiaſos pernice chorea
Exultant, biforemq́; ciet caua tibia cantum,
Garrulaq́; agreſtem modulatur fiſtula muſam.
Interea Satyri centum, florentibus annis,
Sanguineis infecta rubent queis tempora baccis,
Temporaq́; & minio facies collucet Ibero,
Cornibus auratis præpendent mollia ſerta,
Tum pellis latos humeros ſtellata reuincit:
Gramineas ſtatuunt menſas, onerantq́; uolentis
Muneribus terra, & ramorum ſimplice uictu,
Poculaq́; annoſo miſcent Acheloia baccho,
Quà platanus latè ingentem potantibus umbram

Explicat, & placidi crepitant in uallibus amnes.
At nymphæ, queis cura torũ, thalamũq; iugalem
Inſtruere, intextis, procul ambitione remota,
Pellibus, & molli conſternunt ſtramine lectum
Speluncæ medio immanis, ſub rupe cauata.
Illam Mercurius, labentis conſcius æui,
Verſicolore pater uariauerat argumento.
Principiò immenſum circumtegere omnia Cœlum
Fecerat, & magni clariſsima lumina mundi
Solemq; & Lunam, hunc oculis radiãtibus æthra
Luſtrantem ſpacia, atq; ardentia ſigna legentem:
Illa autem propriora notho ſua regna ſerentem
Lumine, & æquali ducentem tempora curſu.
Stellarumq; pares ortus, obitusq; cadentum
Addiderat, triſtesq; Hyadas, ſæuumq; Leonem,
Fulgentem ſtellis, atq; horrida terga rigentem:
Pleiadumq; choros, ignaramq; æquoris Arcton,
Siccaq; Parrhaſij uoluentia plauſtra Bootæ.
Aeris hæc ſubter campos, tractusq; profundos
Cernere erat: tenues inter ſe prælia uenti
Miſcebant: nimbi, tempeſtatesq; ſonoræ
Nunc terras perflant, nunc uaſti cærula ponti.
Hic uarias pennis uolucres & præpete lapſu
Tendere iter, cantuq; polum mulcere uideres.
Extima concreto ſubſedit pondere tellus,
Quam circum canis anfractibus æſtuat unda

Oceani:

Oceani: interior liquidis complexibus ambit
Neptunus: uirides madidis cum crinibus amnes
Immenſo credas confundere flumina Ponto.
Squamigeræ innabant pecudes Neptunia prata:
Hic alius uictu inuigilans, humentia lina
In pontum trahit, atq; alius ſecreta ſecundum
Flumina captiuos adducit arundine piſces.
Sollicitant pictis nautæ freta uerſa carinis,
Et terras pelago mutant: auidiſsima quæſtus
Spes trahit, & Diuis maior compellit egeſtas.
Remigio longè uenientes frangere fluctus
Aſpiceres, & plena notis dare uela uocatis.
Hic hominum inter ſe cædes, & bella ferarum
Extuderat, denſos canibus nunc claudere ſaltus:
Nunc iaculis, curſuq; feras agitare fugaces:
Atq; harum exuuias foribus præfigere ſacris.
Tum ualidas, dictu infandum, conuertere uires
In ſeſe, & proprio terram fœdare cruore.
Hos inter maleſuada furit Cocytia uirgo,
Sanguine terribiles oculos ſuffecta, genasq;,
Horrentesq; implexa comas ſtridentibus hydris.
Queis pauor inſinuat ſeſe per triſtia corda.
Parte alia placidis fertur Pax aurea pennis:
Hinc lætæ florent urbes, hinc rura coloni
Reſpondent uotis: lætiſsima ſemine tellus
Sufficit immenſas fruges, uindemia colles

Con-

Conſerit; & uarium fœtu caput extulit aruis
Autumnus, ridet campis flauentibus æſtas.
Ipſe ſuos Maia genitus adiungit amores:
Vt quondam ſacrata ſibi dum templa reuiſit
Cyllenes, magno Dryopæ inflammatus amore,
Immemor & cœlum, & fulgentia liquerit aſtra:
Vt crines flauos, atq; immortalia membra
Exutus, pecudes in paſcua cogat heriles.
Sæpe illum exoriens flentem conſpexit Eous,
Et flentem paulo uidit pòſt Heſperus idem.
O quotiens mæſtum ſolatus arundine amorem
Detinuit uolucri labentia flumina curſu:
O quotiẽs dominũ miſeratæ, & carmina quercus.
Non illi certet ramorum Daulias umbra,
Dum ſedet, & ueterem dulci canit ore querelam,
Et matutinos exercet garrula cantus.
Sic Phœbum Eurotas ripis mirantibus olim
Audijt, & doctæ ſtupuere ad carmina lauri,
Taygetiq; iuga aſsiduis luſtrata Lacænis.
Tandem illam molles ducentem in gramine ſomnos
Comprimit, & longo fruitur maleſanus amore.
Pòſt Dryope infantem liquidi Ladonis ad undam
Edidit, inſignem gemino caua tempora cornu,
Villoſumq; hirci ſetis, pedibusq; biſulcis.
Tum pater inſtratum uarianti tegmine lyncis
Ante Iouem ſtatuit: Superi riſere ferentem

Cornua,ſed gremio acceptum Semeleius Euan
Miratur,fingitq́ manus,atq; oſcula iungit.
Aſt ubi iam grandem biſſena acceperat æſtas,
Arcadiæ tantum fines,patriosq́ receſſus
Accolit:ipſe gregem curat,pecorisq́ magiſtros,
Nunc miſtus Nymphis,& montiuagis Syluanis,
Mænala,& umbroſi luſtrat pineta Lycæi:
E'que uolutabris ſæuarum monſtra ferarum
Miſſilibus pellit telis,ſyluasq́ fatigat:
Nunc etiam calamos labro percurrit obunco,
Riparumq́ toris abiectus,& arboris umbra.
Hic coniuratos magnorum in prælia Diuûm
Fecerat Anguipedes:tædas iam inferre parabat
Oromedon,ſolioq́ Iouem detrudere Cœus
Centimanus.quum nulla forent iam ſigna ſalutis,
Semiferũ ecce caput quaſſans,& fronte timendus
Pan longè inſonuit rauca ſuper æthera concha:
Quo ſonitu turbati animi,compreſſus & omnis
Titanum furor,& toto pax reddita cœlo.
Talibus interpres Diuûm decorauerat antrum.
At poſtquam ſublatæ epulæ,chorus ecce ſororum
Nympharũ,quæ ſtagna colũt, quæ Mænala ſeruãt:
Atq; ita connexis per mutua uincla palmis,
Colluſtrant Regem choreis,dominãq́ potẽtem,
Felicesq́ canunt thalamos,ac uoce ſalutant:
Adſitis ueſtris uos Numina finibus,ô Pan,

Pan

Pan felix, facilisq; ueni Titania uirgo:
Sic facilis ueſtros coniungat Veſper amores,
Sic felix in amore diu Concordia perſtet.

HIERONYMI QVIRINI ET Iſabellæ Georgiæ Epithalamium.

Vos mecum Adriaci decus æquoris, ô bonæ Nymphæ
Numina, quæ molles ripas, quæ fluminis undam
Incolitis, myrtoq́; comam uiridantia propter
Littora, & intexto uariantes colla hyacintho,
Et cantu & leuibus iuuat indulgere choreis,
Nunc agedũ Adriaci decus æquoris, eia age Nymphæ,
Et connubia læta, & felices Hymenæos
Concinite, & celebrate toros plaudente chorea
Inſignis Iſabellæ: animo & gratiſſima ueſtro,
Illa etiam ueſtri princeps, & maxima cœtus
Pars erat, & comites inter non ultima forma.
Ergo agedũ Nymphæ Adriades, ter dicite Nymphæ
In numerũ, formoſe Hymẽ ades ô Hymenæe.
O & Calliopes clarum genus, inclyta Phœbi
Progenies adſis, cui uincla iugalia curæ,
Quem cupidi exoptant iuuenes, cupidæq́; puellæ,
Qui teneros luſus, & mutua gaudia amantum,
Et ſocij ſtatuis leges & fœdera lecti.
Huc aditum ô Hymenæe feras, felix Hymenæe.

Te cantus, & plectra manent, molleſq; choreæ:
Inuitant uario textæ de flore corollæ:
Nos te ad delicias, & gaudia nota uocamus,
Sanctaq; iura tori. Quid amantum uota moraris?
Iam tandem expectate ueni, tibi nupta parata eſt,
Iam digno deſponſa uiro, deſponſa Quirino,
Egregio forma iuueni, & florentibus annis,
Atq; opibus, atauiſq; & nobilitate potenti,
Nerine formoſa, & candida Heroine,
Et facie, & longis ſpectanda Iſabella capillis.
Doctior haud ulla in terris, ſeu uellera lanæ
Deducat, teretem ſeu uerſet pollice fuſum:
Serica ſeu radio percurrit fila ſonanti
Intexens, ſeu pingit acu, uariatq; colores.
Vna interq; alias choreis & carmine princeps,
Et plectro reſonare aureo, teſtudine & aurea.
Nonne uides? thalami portans felicia uincla
Extulit Eoo lætantes gurgite uultus
Noctifer, & toto ſurgunt uaga ſidera cœlo.
En tacita optati luſus, & dona mariti
Suſpirat mente: & tacito ſuccenditur igni.
Inſtaurate choros, & Hymen ter dicite Nymphæ:
Dulces iunge toros, & dulcia uincula necte.
Iam iuuenes cohibete choros, cohibete puellæ:
Iamq; Hymenæus adeſt: rutilas en pronuba flãmas
Tæda quatit: Deus ecce Deus, cui tempora candida

In-

Incingunt ſerta, & croceo uelatus amictu,
Flammeaq́ & roſeos Hymen tulit ipſe cothurnos?
Ipſe Hymen aduecta Arabo, & beneolẽtibus Indis
Conſpergit dona, & ferrugineos hyacinthos,
Verbenasq́ ſuper pingues, cum ſuauibus herbis:
Ac tandem dulces felici carmine tædas
Concinit, & tali firmat connubia uoce:
Fortunati ambo, & fauſto ſub ſidere nati,
Et felix coniux, & felix coniuge uirgo:
O decus eximium coniux patriæq́ domusq́,
O decus Adriadum pulcherrima Heroine.
Haud equidem tales memini iunxiſſe hymenæos
Peliacas inter frondes, Philyreiaq́ antra,
Aeaciden Peleum cum coniuge Neptunina:
Aut Diuûm gens Harmonien & Agenore natũ,
Quum primos illis thalamos cecinere iugales,
Parnaſſo longè, uiridiq́ Helicone relicto,
Pegaſides comptæ ſertis, lauroq́ uirenti:
Quum paſſim magni per limina læta frequentes
Cœlicolæ, & ſuperos genitor qui temperat axes,
Ingentes cumulos & opum, cœleſtia dona
Attulerunt: quum nudæ humeros, nudisq́ papillis,
Donarunt Paphiæ radiantia ſerta ſorores,
Serta auro & pictis circum uariata lapillis.
Ergo agite Adriades æquali corpore Nymphæ
Inſtruite optatos thalamos, floremq́ recentem

Spargite, & Aſſyria ſternatur ueſte cubile:
Vt tandem luſus, & munera grata mariti
Accipiat, ſocioſq́ parent coniungere ſomnos.
Dumq́ arcto infuſus complexu mollia libat
Gaudia, formoſo ſubſternens brachia collo,
Virgineam pergat coniux diſſoluere Zonam.
Sed quid ego hæc? quæ nã pelago uenit aurea pom-
Aſpicite. en tibi dona ferunt, Iſabella, tuoſq́ (pa?
Concelebrant thalamos tercentum Numina ponti.
Littora reſponſant Iſabellam, Iſabellan, & undæ
Reſponſant Iſabellam. en Ionio ex alto
Aduentant pictæ centum ad connubia Nymphæ,
Nereides Nymphæ, per candida colla capillum
Effuſæ: & molli crinem hæc circundata ab alga,
Pars apio, pars ſerpillo ac uiridante cypero,
Hæ caltiſq́, roſiſq́, & luteola meliloto.
Quas omnes taciti, uerrentibus æquora caudis,
Delphines placido tollunt per cærula curſu.
Subſidunt undæ, & tumidi fera murmura ponti
Actutum poſuere. ferunt radiantia bullis
Cingula, & intextas tenui ſubtegmine ueſtes:
Veſtes, quas quondam ipſa ſibi Neptunia coniux
Fecerat, atq́ auro diſcreuerat intertexto:
Tum ſtrophium, & lectas eoo in littore conchas,
Baccatumq́ monile, tegat queis læta papillas,
Purpureoſq́ ſinus. magnũ & memorabile munus,
Cor-

Coralia ex toto portat quæſita profundo,
Ipſe Parætonij linquens lata oſtia Nili,
Et patrios Macetum fines, atq; horrida monſtra
Neptuni, & turpes hirſuto corpore phocas,
Cæruleus Proteus: tyria & cum matre Palæmon
Aduolat: extrema & ueniens Anthedone Glau-
Implexus madidos uiuaci gramine crines. (cus,
Tum Phorci chorus, atq; immani corpore Triton,
Neptuni proles Triton, reſonantia longè
Exterret freta, dum rauco caua buccina cantu
Perſonat, & uirides uocat ad connubia Diuos.
Parte alia nitidos alno frondente capillos
Intectus, glauco & uelatus pectora amictu
Eridanus, ſummas curru perlabitur undas:
Vndarum pater Eridanus, radiantibus aſtris
Qui micat, & Phrygio præbet miſcenda miniſtro
Flumina, & auriferas in pontum torquet harenas.
Quem circum cultæ certatim cærula Nymphæ
Agmina, Glauconome, et forma ſpectabilis Acte,
Hipponoe, Xanthoq́;, & candida Laomedia,
Neſaee, Dotoq́;, atq; auricoma Amphitrite,
Omnes Eridani pulchrum genus, aureis omnes
Crinibus, & ſertis implexæ mollibus, omnes
Euinctæ croceis argentea crura cothurnis,
Apportant electra mari deuecta Britano,
Electra intonſi lachrymas teſtantia Phœbi:

Quas quondam nati fato concuſſus acerbo
Fudit, hyperboreos queritur dum ſolus ad axes.
Poſtremò fluuij paritérq́ue, lacusq́ue ſonantes,
Qui latè regem Eridanum uenerantur: hic ingens
Mincius, & gemino inſignis caua tempora cornu
Benacusq́ue, Atheſisq́ue, & molli flumine Mella,
Ollius, & celeri decurrens Adua curſu:
Exornant illi uarijs tecta aurea donis.
At uobis, ſancto coniuncti fœdere amantes,
Sit thalami inuiolata fides, ſint omnia fauſta,
Concordesq́ue tori, & ſobolis iucunda propago.
Dent uobis uirides annos, uiridemq́ue ſenectam,
Aureaq́ue intortis deuoluant ſtamina fuſis,
Et læta non una trahant noua penſa Sorores.
Sic uobis Hymenæus Hymen, ſic Numina poſcunt.

LEO X. PONT. MAX.

Fortè pater uitreis placidũ Tyberinus ab antris
Extulerat caput, et uiridantia cornua muſco:
Cum ſubitò immenſas moles, & tecta domorum
Aequari cœlo, Phrygijsq́ue innixa columnis
Templa uidet latè auratis fulgentia ſignis:
Et lætas audit uoces, atq́ue omnia ludis
Lætitiaq́ue uidet, blanda & reſonantia pace.
Continuò ad cœlum palmas utraſq́ue tetendit,
Atque alacris tales profudit pectore uoces:

Vos ô uos populi gaudete, & Romula tellus,
Iam tantis defuncta laboribus, aurea mundo
Iam tandem poſitis remeabunt ſæcula bellis.
Scilicet hæc quondam diuino carmine Glaucus
Prædixit, rerum & uenturi conſcius æui
Cæruleus Glaucus, uenturaq́ ſæcla recluſit.
Adueniet longo felix poſt tempore Tybri
Illa dies, qua tu auratis cornibus alto
Succedes cælo, & famulas tibi mollior undas
Summittet Ganges, atq; auro turbidus Indus,
Euphrates, ditiq́ potens Pactolus arena,
Et qui purpureum ſepteno flumine pontum
Influit, & ſacro fæcundans agmine campos
Iordanes, latè & Tyberim percuſſa ſonabunt
Littora, & argutæ Tyberinum ad ſidera ripæ
Iactabunt, magnumq́ feres per ſæcula nomen.
Namq; Leo, mundi ingentes qui flectat habenas,
Naſcetur, longa & populos in pace gubernet.
Hũc olim Laurẽs, Diuûm genus, Arnide nympha
Conceptũ, ut ſuperas primùm pater edet in auras,
Actutùm gremio accipiet pulcherrima forma
Anthis, qua non ulla leui de uimine qualos
Doctior, aut uario texiſſe è flore corollas,
Et lætos oculos, & membra decora parente
Digna uidens: Salue ô fatis mihi debite, dicet,
O decus Auſoniæ, & ueterũ noua gloria patrum.

For-

Fortunate puer, tanto de nomine tellus
Clareſcet, longo quæ cingitur Apennino.
Tum pater omnipotens cœlo manifeſta ſereno
Signa dabit, radijsq́; ardentem inſignibus auroq́;
Oſtendet latè nubem: ter præpes ab æthra
Naſcenti applaudet placidis Iouis armiger alis.
Hunc fore, qui grauidam imperijs, populisq́; potentẽ
Italiam, & paribus terrarum millia habenis
Torqueat, & longa ſoluat formidine terras.
Nam neq; tum latis hoſtes diſcurrere campis
Cernere erit, trepidaq́; urbem obſidione teneri,
Incendi templa alta Deûm, longo ordine matres
In prædam duci, & fœdari in puluere crines:
Sed fera ſanguinei claudentur limina Martis:
Non belli rabies, furor exitialis habendi,
Seditio'ue amens, ſciſſa & diſcordia palla,
Fœdabunt proprias cognato ſanguine dextras.
Paſtores etiam tuti per pabula nota
Deducent ouium fœtus, armentaq́; læta:
Sæpe etiam æſtiuum captantes frigus in umbra,
Dum paſſim uirides ludunt armenta per herbas,
Quis dederit cupidi quærent tanta otia terris?
Non illum argenti atq; auri ſcelerata cupido
Vexabit: ſed templa diu prolapſa deorum
Inſtaurans, feret inſignis præconia famæ.
Quin etiam docti Parnaſſia turba poetæ

Præ-

Præmia digna ferent: & erunt qui dicere laudes
Certatim cupiant, & maxima condere facta.
Quãdoquidẽ urgẽtur tenebris, & nocte profunda,
Queis neq; longa dies curæ eſt, nec carmina cordi.
Hunc tu animus olim ingentẽ, & præſtantibus orſis,
Aſpicies longè aurato Capitolia curru
Scandentem, & triplici radiantem ſacra corona
Tempora: thuricremis fumabunt ignibus aræ:
Lætitia, plauſuq́; uirûm delubra ſonabunt.
Ipſe autem uictor ſpolijs Orientis onuſtus,
Cœlicolûm regi uicta de gente trophæum
Ante aras ſtatuet, inimicaq́; nomina figet.
Hic quoſcunq; ſecat liquidi latè unda Scamandri,
Quiq́; bibunt Simoenta, & quos de collibus Idæ
Flumina prætereunt, Lyciæ flauentia rura
Qui colit, atq; Hermi ripas, glacieq́; rigentem
Proſpectat Tanaim, cœlumq́; Atlanta ferentem:
Hic etiam exuſtis ueniens Naſamonius aruis:
Qui ueteres Thebas, ignotaq́; flumina Nili
Accolit, & Syriæ felices germine campos,
Qui Solymorum arces ſummo loca nota parenti.
Interea pater Elyſia Laurentius umbra
Inter dum ſedet Heroas, caroſq́; nepotes
Magnanimũq́; genus, & facta & nomina pandit
Antiquæ ſobolis, qua non felicior ulla
Prole uirûm Heroum, queis uel pietate, uel armis

Ceſſerit

Ceſſerit Aeneas: uel quos longæua uetuſtas
Extulit, & celebri perduxit ad æthera cantu,
Accipiet nati reditus, lætosq́ triumphos,
Felicis nati: ſuperûm quem rector Olympo
Indigetem excipiet, lætumq́ inſignibus aſtris
Inſeret, & poſitis per uota uocabitur aris.
Hæc & plura mihi Glaucus narrare ſolebat.
Te uerò pater afflictis Leo maxime rebus
Præſidium, per quem Romana potentia cœlo
Attollet caput, & famam ſuperinſeret aſtris,
Dij patrij indigetes, Diuûmq́ æterna poteſtas,
Concedant longùm euerſo ſuccurrere ſæclo:
Terrarum & curas gerere, & fulcire ruentes.

CAROLVS V. IMP.

Solus ego in ſiluis, quà pingui flumine campos
Eridanus premit, & celſis Ferraria muris
Proſpectat placido ludentes marmore cymbas,
Ecce ſub aduerſa uideor mihi carmina rupe
Audiſſe, Orpheis certantia carmina chordis:
Qualia Mænalijs Pan euoluiſſe ſub antris
Dicitur, & Siculi quondam maris incola Glaucus.
Stabat frondoſi Strophius ſub uertice montis,
Dulcia Pierio connectens carmina filo:
Strophius aſtrorum prudens, Cyllenius ipſe
Quem docuit, totoq́ comes deduxit Olympo

Vranie,

Vraniæ, magniq́ dedit ſcire abdita mundi.
Dum canit, arguti quatiunt capita ardua montes,
Pinusq́, fagiq́, & conifera cypariſſi.
Heſperias placido luſtrauit lumine terras
Omnipotens pater, & populos miſeratus ab alto
Proſpicit Auſonios: terræ lætentur, & æquor,
Naiadũ chorus, & faciles per gramina Nymphæ,
Quæ fontes Sebethe tuos, Laurentiaq́ arua
Culta tenẽt, quà perſpicuis uetus Albula lymphis
Populeas inter pelago confunditur umbras:
Quæq́ colunt Arni ripas, quas maxima paſcit
Aerio tellus quæ cingitur Apennino:
Iam uarios inter flores, & mollia ſerta
Indulgent choreis, & dulcia carmina ludunt.
Iamq́ iterum mores, memorataq́ ſæcula Iani,
Saturniq́ ſenis aderunt, iamq́ Auſtria proles
Immortale decus cœlo mittetur ab alto.
Felix, cui claræ primos ab origine gentis
Cernere erit proceres, quales quum ſancta ſubactis
Iura dabunt populis, quales quum prælia Martis
Tractabunt, meritosq́ ferent ex hoſte triumphos,
Sacraq́ uictrices incingent tempora lauri.
Te uerò decus Auſoniæ, te Carole Diuûm
Progeniem, Superûm rector cui ditia ſubdet
Regna Tagi, latè immenſis Hiſpania campis
Quem colit, & gelido Germania ſubdita cœlo,

Quem

Quem Latium, Tyberisq́ pater: cuiq́ inclyta Roma
Summittit faſces, dominum quem maxima rerum
Accipit, agnoſcitq́ libens: cuiq́ Itala uirtus
Aßurgit, ſeptena pauent quem flumina Nili:
Iam uideo antiquas celſæ Carthaginis arces
Eruere, & Libyco conſperſum puluere crines.
Iam uideo turbata tuis Naſamonia caſtris
Arua quati: uideo Numidas, Libyamq́ ferocem,
Heſperidumq́ domos, cœlumq́ Atlanta ferentem
Te tremere. en clarum tibi contulit Africa nomē,
Et tua Cinyphiæ reſpondent nomina ripæ.
Nec ſatis, Oceani quacunq́ extenditur unda,
Quaq́ cadit, uiſitq́ ſuum Sol aureus orbem,
Extendes latè imperium. iam te ultima Bactra
Expectant, alioq́ ſitæ ſub cardine gentes.
Non ita conſpecto Getula per arua iuuenco
Marmaricus fremit arma Leo, quē linquere ſiluas
Compulerit ueſana fames, procul indicat acres
Frons & cauda animos: ſimplex fluit unda iubarū,
Vis magnæ indicium: falcatos cominus ungues
Exerit ille inhians, & prælia tuta laceßit.
Salue Heros, ſalue afflictis lux addita rebus
Magne Pater, per quem Romana potentia cœlo
Attollet caput, & famam ſuper inferet aſtris.
Te ſibi ſtelliferos Genitor qui temperat axes
Transferet, atq́ tuos cœlo uulgabit honores:

Et

Et tibi perpetuæ fumabunt ignibus aræ,
Et tua perpetuis condentur nomina faſtis.
Talia manſuro pandebat carmine uates
Strophius, & cœlo referebant carmina montes:
Luna ſuum donec ſtellatis crinibus ignem
Extulit, & picti fulſerunt ſidera mundi.

DEFECTIO SOLIS.

NVnc age uulgus iners, cæca in caligine rerū
Pectora lethæo patiens torpere ueterno,
Nunc querere humanos caſus, & triſtia ſata,
Mortali & doleas te conditione teneri:
Non'ne uides Solisq́ plagas, atq; ardua cœli
Atria, luminibus longè diſtantia noſtris,
Sæpius indignos (mirum) exercere labores?
En manifeſta fides, decus en ſtellantis Olympi
Deficiens titubat: nec quem ſe uidit ab ortu,
Idem erit Heſperias quum delabetur in undas.
Suſpice, præſentes cœleſtia tecta tumultus
Iam turbant, uiden' ut gemino firmata ſub axe
Cardinis ætherij moles operoſa laborat?
Te tamen ô, labentem annum qui ducis ab axe,
Effera ſors mœſto patitur ſqualeſcere uultu.
Agnoſco, ipſa tibi radios populata micantes
Luna, repentinas mox allatura tenebras,
Ante tuos Titan uultus inimica recurſat.

En nitidæ rubuere genæ: color inficit ora
Purpureus, qualem coniux Tithonia uultu
Oſtendit terris, toto quum pallida cœlo
Aſtra fugans, Solem eois producit ab undis.
Ne patere hanc labem tu, qui Pythona ſagittis
Strauiſti innumeris: tu, quem Niobeia proles
Senſit, in infidam nunc te conuerte ſororem:
Si tamen illa ſoror, quæ te malè grata fatigans
Inſtat, & e ſolito tentat depellere regno.
Non'ne uides? quod iam maculoſæ cornua frontis
Extulit, inq; tuas rapitur temeraria flammas?
Quis ſcit an illa tibi ſceptrum, currusq; iugales
Subtrahere affectans, ac iam meditata rapinam,
Aemula fraternis certet diſcurrere bigis?
Ah pudor, ah pietas, tali rectore uidebo
Aut Phaethonteam terris inſtare ruinam,
Aut per conſuetos ſeruato fine reflexus
Fœmineum Solem toto luceſcere mundo.
Quin facis, ut rapidi uires experta caloris
Erret, & in paruam ſenſim reuoluta figuram
Continuò in tenues euanida tranſeat auras.
Quod ſi non datur hanc calidis abſumere flammis,
Tu uel in Icarium deflectens lora Booten,
Vel potius tepidos tendens decliuis ad Auſtros,
Dum licet, inſtanti miſerum te ſubtrahe fato.
Non potes, ut uideo: iam te grauis hoſtis adegit,

Iam tibi ſe obiecit, iam te importuna fugato
Turget, & oppreſſo uictrix dominatur in orbe.
Anne parum mœroris adeſt: ſi ſancta poteſtas,
Atq; omnis genitor uitæ confuſus Apollo
Mœret, & obducto patitur diſcrimina uultu?
Ille oculus mundi eſt, ille eſt rata lucis origo:
Ille coloratos uariatis floribus agros,
Vernus ut elato tepefecit lumine terras
Auricomus Sol, & tepida ſeſe extulit unda,
Veſtit: & adducens Prognen, Prognesq; ſororem,
Inſolitis uernum concentibus aera mulcet.
Hunc propter gelidi refouentem ſidera Cancri,
Cernimus ut fido reſpondens læta colono
Torreat incenſis meſſem feruoribus Aeſtas:
Hic uarios nobis curuata ex arbore fructus
Sufficit, hunc pleno permulcens Copia cornu
Autumni grauidis innectit colla racemis.
Idem hic nimboſæ conſtringens frigora brumæ,
Prouocat in luſus Ianum, ſuadetq; calentes
Ante focos dulci curas lenire lyæo.
Hei mihi, iam uideor magnũ per inane uagantem
Cernere, lethiferis crudeſcere flatibus Auſtrum.
Iamq; etiam in latices uitium tranſire, lacusq;
Inficere, & teneras tactis radicibus herbas.
Atq; utinam uolucres, pelagiq; immania tantum
Monſtra, utinam ſoli frutices, animalia ſola,

Quæ per luſtra latent denſas habitantia ſiluas,
Triſtia tabifici tulerint contagia morbi.
Heu genus infelix hominum, iam præuia luctus
Cauſa futura tui, dum tu nil tale tremiſcens
Securum degis, ſtygio te deſtinat orco.
Ecce inimica lues, dextramq́; armata ueneno,
Intentans geminos furiali more chelydros,
Huc obuerſa, atq; huc, nunc hunc, nũc proterit illũ.
Hanc iuxta informes Curæ, Pallorq́;, Metusq́;,
Quacunq; ingreditur, dominam comitãtur euntem.
Iamq́; euulſa ſinu miſeranda gnata parentis
Emoritur, cum iam fratrem germana peremptum
Fleſſet: & ad tumulum ſciſſa tunicaq́;, comaq́;,
Dura interruptis ſingultibus aſtra uocaſſet.
Poſtq́; tot acceptos luctus genitrixq́;, paterq́;,
Queis rapuit miſeræ ſolatia fida ſenectæ
Improba mors, geminoq́; etiam inſidiata parenti,
Compoſuere cauis ſqualentia membra ſepulchris.
Iam non ulla pati uelamina poſſe uidemus,
Iam dura in gelidam referentes corpora terram
Non frigent, ſed humus de corpore tacta caleſcit.
Hic ſolitas linquens ſedes patriosq́; penates,
Egreditur, demensq́; agris ſpaciatus apertis
Sub diuo tolerare imbres & frigora diſcit.
Hic ſtimulante ſiti iam flumina nota requirens
Exhaurit latices: alius, prò dira cupido,

De-

Deſilit in fluuium, mergentesq́ imbibit undas.
Ille errat, dum ſtare cupit: terraq́ receptus,
Languida conuoluens inhoneſto lumina motu,
Inuiſam medias animam diffundit in auras.
Non tot ab excuſſa ceciderunt ilice glandes,
Quum primo contacta gelu palleſcere ramos
Sentit, & in partem flatu curuatur utranq;:
Nec tot in Adriaco crebreſcunt littore fluctus,
Quum primùm immites effracto carcere uenti
Infremuere mari medio, lateq́ uagantes
Naufraga conuulſæ merſerunt tranſtra carinæ,
In ſcopulosq́ caui montes uoluuntur aquarum
Aequati cœlo, ruptoq́ illiſa reclamant
Littora mugitu, & uaſtis ſonat ictibus æquor:
Quot tecum abduces pleno Libitina pheretro
Exangues umbras. atro ſpolia omnia curru
Suſpende, & raptas humano ſanguine prædas
Dinumeres: parto potes exultare triumpho.
At quondam Latij montes, quos Martia tellus
Ambit, & his domitũ uictrix proſpectat in orbẽ:
At quondam Latij montes, Romanaq́ pubes
Auxilia afflictis ſenſere accommoda rebus,
Quum digreſſa ratis, Graiasq́ euecta per urbes
Vicit iter durum pelagi, uotisq́ potita
Excepit placidum ſquamis uariantibus Anguem:
Qui proram iuxta reſidens curuamine molli

Lubricus, & caudam ſinuato uertice lambens,
Cerneret extento fluitantia uela rudente.
Donec ad optati deuectus Tybridis undam
Expulit Auſonia peſtem, ſolitoq́ leuauit
Numine Romulidas coluber Phœbeius agros.
At tibi, quæ tantos potuiſti excire tumultus,
Infamis mulier, Stygio bene iuncta tyranno,
Quid precer iratus? meritis quæ digna supernè
Supplicia exoptem? niſi ut te in regna reuerſam
Infera, Tænarius coniux, exire iugali
Dum cupis è thalamo, ſemper fugitiua, moretur:
Te teneat, lanians q́ ſinus, lanians q́ capillum
Colla adamanteis religet luctata catenis.
O qui ſtagna moues Cocyti, animasq́ ſilentum
Suſpendis dubius, uitasq́ & crimina diſcis,
Dum tu hanc ſubluſtri credis fulgeſcere nocte,
Egregia interea coniux, dulcedine turpi
Quòd flagrat, ſtimulatq́ animum ueſana libido,
Indulget furtis: & Latmia ſaxa requirens,
Improba lunatis fouet Endymiona lacertis.
Nec ſecus Eoos, Nabathæaq́ regna relinquens,
Tithonum ſpernit ſtellis Aurora fugatis:
Atq́ aliquem Cephalum, poſito laſciua pudore
Rura per, & lucos, cupidis complectitur ulnis.
Non aliter fœdo perfuſum membra cruore
Mauortem Cytheræa tenet, ridensq́ catenas

Vul-

Vulcanum Aetneis ſinit informare caminis.
At tu illam, ignarus facti, miraris abeſſe
Tam lentam: & uacuo componens membra cubili,
Hanc tandem recipis, quæ iam reſoluta, tepensq́;
Amplexu alterius, dum gaudia nota repoſcis,
Illa ſuos ſimulat fallax & perfida menſes.
Verùm age magna parens Tellus enitere, & altas
Iam meditare umbras, quibus hāc ire obuia contra
Eualeas: nuſquamq́; pedes immota reponat.
Vel ſi fortè fugam quæret, Boream ue, Notum' ue
Arripiens, confuſa locum decurrat ad illum,
Quò ferus aſſurgens bello ſe accingit Orion:
Qui læua obijciens clypeum, grauiora merenti
Inſtet, & oppoſito pauidam deterreat enſe.
Sicq́; informis, inops, ſuperis nec grata, nec imis,
Dum modò in hāc uecors partē, modò uergit in illā,
Anxia quadriiugis uix ſe tueatur anhelis.
Teſtor & ipſe etiā, quod tūc mea philtra recludēs,
Si bene conſuetam Magicæ uertiginis artem
Poſſe aliquid recolo, cantatas protinus herbas
Subijciam: & promens triplici diuerſa colore
Licia, tris nodos nectam: tria uerba locutus,
Cunctantem ex alto cogam deſcendere cœlo.
Tunc fruſtra reſonent æra auxiliaria: tunc uox
Nulla laboranti ualeat ſuccurrere Lunæ.

NAENIA IN IVLIVM CAESAREM GRYPHONEM, & IOANNEM COTTAM.

FOrtè ſub Autumni extremum intractabilis imbrem
Triſtior, & partes animum diductus in omnes,
Obſcuro in thalamo Licmon de more ſedebat:
Quumq́; pruinoſam labentia ſidera noctem
Inueherent terris, ipſe atro obductus amictu
Infandos tali renouabat murmure queſtus.
Non ſatis ingentem noſtro uiolenta dolori
Materiam Fortuna dedit? quæ dura, modumq́;
Sæuitiæ exuperans, miſero mihi nuper ademit
Dulce meum decus, ignotis quando exulat oris
Infelix Grypho: quando omnia cara relinquens
Pignoraq́;, antiquamq́; domum, fidosq́; ſodales,
Præcipitem mæret Rhodani torrentis ad amnem.
En etiam attonitas ipſi mihi nuncius aures,
Altius ut fieret repitito in uulnere uulnus,
Attigit, & grauiore affecit lumina fletu.
Scilicet, heu, primæ fugitiuo in flore iuuentæ
Natali procul à terra, laribusq́; paternis,
Ante diem Elyſios Cottam petijſſe receſſus?
Quare agite in lachrymas liquidæ niuis inſtar eatis
Humentes oculi, & triſtes mea pectora palmæ
Tundite: nec requiem urentes admittere curas

Cor miſerum patere, à teneris cui contigit annis
Crebra laceßitas ſuſpiria fundere in auras.
Tu'ne ille aßuetus rebus ſeruare ſecundis
Incorruptum animũ Grypho, heu miſerabilis, heu
Barbaricas inter gentes, faſtusq́; ſuperbos (heu
Pro dulci Heſperia degis? mentemq́; fatigans,
Quo magis inſanum iuuet exercere dolorem,
Præteritos recolis luſus? & dulce ſacellum
Attonitam ſubit in mentem? quod ſpectat Apollo,
Non procul aurata cithara formoſus Apollo,
Quotq́; nouem Muſæ affirmant ſibi ritè dicatum.
Quà placido allapſu uiridantes riuulus hortos
Irrigat, & lymphas fundo pellucidus imo
Explicat, & tenui ſomnos ciet unda ſuſurro,
Grata aſpectanti, & ſitienti optabilis unda.
Hic ubi poſt uarios bello ceßante tumultus,
Quum tuba terribilem clangorem oblita reponit,
Suetus eras blando curas depellere cantu,
Militiæq́; artes, atq; acta decora referre.
Dumq́; tua hic Erato miſeros deplorat amores
Flebilibus numeris, ſyluæq́; feræq́; ſequaces,
Immotiq́; amnes alium te ſæpe putarunt
Orphea, qui mœrens rapta pro coniuge adiuit
Tænarias fauces, mouitq́; Acheronte ſub imo
Dirarum Eumenidum ſupplex immitia corda.
Dum tamen, heu duras leges, Rhodopeius Orpheus

 Eury-

Eurydicen iamq́ impatiens reſpectat: ibi omne
Perdidit obſequiũ, atq́ Hecates data fœdera rupit
Immemor: incautam tantus furor egit amantem.
Quæ loca nunc domini exilio mutata, uidentur
Certatim infremere: & luctum ut teſtentur herilẽ,
Neſcio quid niſi triſte ſonant, niſi triſte queruntur:
Antra gemunt, ſparſisq́ in terrã frondibus albas
Tonſa comas luget Phaethontias arbor, & omnes
Suppoſitos ſucco flores infecit amaro.
Quà ſolita eſt uiridi reſidens philomela ſub umbra
Concinere, atq́ ſoror tepidi prænuncia Veris
Sub lucem reſonis nemus omne implere querelis:
Nunc triſtes ſtrepitant ululæ, nunc culmine ab alto
Funereus bubo, diræ, obſcœnæq́ uolucres
Infernas rauco meditantur gutture uoces,
Omniaq́ intentant mortem ſimulacra propinquam.
Gryphonem ſic dura tamen mihi fata tulerunt,
Vt quandoq́ illum poſſim, uelut antè ſolebam,
Conſpicere, & cupidam dextra cõiungere dextrã,
Et dulci pendere inhians narrantis ab ore.
Viuit enim, uiuatq́ precor: tum tempore longo
Aſpiciam præſens, totiens quem nocte ſilenti,
Dum me ſomnus habet, uolitans adducit imago.
Hũc etenim Scythicas extorrem ad Phaſidis undas
Perſequerer memor, ac gratus, Libyamq́ peruſtam
Vnà auſim luſtrare libens, aut nigra uidere

Tar-

Tartara, & implicitus unctum fera colla colubris
Latratorem Erebi: ſtygio qui peruigil antro
Territat exangues linguis uibrantibus umbras.
At te mi Cotta exanimis quãdo alloquar? heu ſors:
Quando ego te aſpiciã? duri cui portitor Orci,
Dum te ingrata cupit toties inuiſere Roma,
Condid t æterno languentia lumina ſomno.
Heu tellus infanda, auibusq́; extructa ſiniſtris
Roma nocens, Roma infame & cõmune ſepulchrũ
Omnibus his quicunq; pias coluere per artes
Pectora, quos itidem latrantibus effera menſtris
Abſorbes, rapidoq́; uorax demergis hiatu,
Tanquã Scylla uorax, tanquã implacata Charyb-
Te pater omnipotens ſumma turbatus ab arce (dis.
Fulmine deijciat: celſi aut de uertice montis
Albula deſcendens, Anioq́, amnesq́; propinqui
Diruta Tyrrhenas uerſent tua tecta per undas.
At ſaltem tibi me comitem mea fata dediſſent,
Quum tibi correptos languenti exureret artus
Febris anhela. tuum quòd ſi medicabile nulla
Arte malum fuerat, ſacras reuolutus ad aras
Protinus inſtanti tentaſſem occurrere morbo,
Phœbigenamq́; Deum ſupplex in uota uocaſſem.
Quod mihi ſi dura immitis Deus aure negaſſet
Annuere: at certè poſitum & miſerabile corpus
His manibus ſtrinxiſſem, & mox frigentia mẽbra
Spar-

Sparſiſſem lachrymis, ſtructo & de more pheretro
Ante ſepulchrales ſtatuiſſem funera pompas.
Et ni interclusus uocem dolor abrupiſſet,
Crudeles ſuperos iterans templum omne repleſſem,
Deficiente anima ſingultibus interruptis,
Terq́ uale ô Cotta ingeminaſſem: heu Cotta iacebis
Ignotos inter tumulos: nec mater ademptum
Credit, & incaſſum reditus ſperansq́, timensq́,
Supplicibus cumulat Diuorum altaria donis.
Fors & quum pulſæ ſtrepuerunt cardine ualuæ,
Accurrit nati aduentum meditata, pauetq́,
Et bibula cunctos intercipit aure ſuſurros.
Ah miſeranda parens, quæ te fata impia, qui te
Excipient gemitus: trepidas quum certus ad aures
Rumor aget ſeſe, ereptam tibi ſcilicet omnem
Viuendi cauſam, poſtquã importuna, rapaxq́
Omne tuum ſubitò mors abſtulit atra leuamen:
Quò iam annis grauis, & macie confecta ſenili,
Grandior ut iunctam uitis ſibi quæritat ulmum,
Debilis infirmam conſolarere ſenectam.
At te ipſam pauidæ excipient longo ordine matres,
Frigidaq́ elapſo mulcentes membra calore
Exanimi infuſos cupient iterare liquores.
Te'ne ego crudeli conſumptum funere Cotta,
Te'ne ego poſt tantos ſperato fine dolores,
Te'ne ego conſpiciens oculos ſcelerare nocentes

Eua-

Eualui? largosq́ illis ſpargentibus imbres
Suſtinui ingratam ſine te producere uitam?
Heu nimium Parcæ immites: uel reddite nobis
Cottam, iterum Cottam nobis uel reddite: uel me
Me quoq; Tartareas cupientē admittite ad umbras.
Nil moror, en adſum: inuiſam perrumpere uitam
Stat mihi: ut unanimem inueniens, carūq́ ſodalem,
Clara uel in medijs traducam fata tenebris.
Quanquam ipſe Elyſios ſaltus, ſedesq́ beatas
Cotta tenes: ſiquidem uitio ſemotus ab omni,
Egiſti elapſos ſine labe, & puriter annos.
Hic etiam formoſa tibi tua cura Lycoris
Colligit intactos flores, eademq́ ſedenti
Mollibus in pratis arridet: & oſcula iungens
Dilecto capiti gemmantia ſerta reponit.
Dumq́ tuos ipſe aſſumpta teſtudine uerſus
Concinis, innumeri Vates mirantibus aſtant
Circum oculis: & dulce choro plaudente canentes,
Et caſiam atq; roſam, & manibus dant lilia plenis,
Atq; animam cumulant halanti flore recentem.
Felix tu igitur, felix Cotta optime, quando
Emenſus dubios pelagi implacabilis æſtus,
Iam portum capis, & ſaltus attingis amœnos
Fortunatorum nemorum: quæ priſca uetuſtas
Extulit, & celebri perduxit ad æthera cantu.
Tu neq; defunctus fato crudele uidebis

Ex-

Excidium Italiæ, quæ quondam clara, potensq́;
Extulit edomitum uictricia ſigna per orbem.
At nunc uicta ſitu, uitæq́; oblita prioris,
Atq; humanarum præbens ſpectacula rerum,
Diſcordes animas fouet, & diſcordibus armis
In ſua ciuiles armauit uiſcera dextras.
Quin etiam ruit extremi de partibus orbis
Colluuies confuſa hominum, quæ perdita, et omnes
In ſcelerum facies agilis per fasq́; nefasq́;,
Romanasq́; tamen totiens experta phalanges,
Degenerem Italiam uaſtat ferroq́; fameq́;.
Heu qui nã gemitus terris, quàm magna ſuperſunt
Exitia, & quanti luctus, qualesq́; manebunt
Aerumnæ, hæc uarijs fluitantia regna procellis.
Quare age deplorans mecum indefeſſa creatrix,
Et rerum Natura parens, diſcinde capillum:
Et laniata genas, dextramq́; onerata cupreſſu
Funerea, lachrymis damnum fateare profuſis.
Scilicet immenſo quicquid ſpectamus in orbe
Nil adeo ex omni fuerit tibi parte beatum,
Cui non longa dies, cui non longinqua uetuſtas
Afferat & nulla damnum reparabile cura,
Atq; impendentes fatali lege ruinas.
Dij Patrij indigetes, quos Itala terra dicatis
Vndiq; ſacrauit templis: hæc funera tandem
Sint ſatis, atq; ſuper, tuq́; ô Libitina pheretro
Pone

Pone modum, pone ô finem: deieſſa labore
Parca comes rogat hæc. Tuq́ ô Pater optime Diuûm
Reſpice languentem Italiam, atq́ extrema gementē.
Finierat Licmon, mediū et nox humida curſum
Torſerat: aſt illū circum caua tempora ſerpſit
Blanda quies furtim, atq́ oculis ſe immiſit apertis.

NAENIA IN ACTIVM SINcerum Sannazarium.

SVcceßor iam Phœbe tibi uaga cornua Phœbe
Iunxerat, & puri fulgebant ætheris ignes:
Et faciem Terræ nigrantibus horrida pennis
Texerat, & ſomnos feßis mortalibus alma
Nox tulerat: quum me placidus ſopor occupat alta
Pauſilypi ſub rupe, noui quà lumina Solis
Proſpicit, & placido iactantes retia ponto.
Quam ſubter iacet apricis circundata campis
Planicies: hic aura leuis per florea Tempe
Ludit, & afflata flectuntur leniter herba.
In medio dulci crepitantes murmure riui
Subſiliunt, circumq́ uiret denſißima ſilua:
Ipſa ſuis manibus rerum Natura creatrix
Quam ſeuit, non ulla comis decußit honorem
Ventorum uis ſæua: riget non illa pruinis,
Nō niuibus ſolita eſt canis albeſcere ſilua, (umbris,
Nec gemit, aut raptis nemus omne immurmurat

Aeterno

Aeterno ſed uere tepet lætiſsima tellus.
Hic denſis non una ſedens philomela ſub umbris,
Nunc ſummo pendet ramo, nunc carmina mille
Concinit, & pennas radijs expandere geſtit.
Nunc querulos inter nidos confuſa uolucrum
Turba canit, cantuq; diem lætata ſalutat.
Ecce autem, dum membra rigat languētia ſomnus,
Extollens ſeſe tota mæſtiſsimus unda
Sebethus, uiridi limo rorantia tectus
Corpora, muſcoſoq; comas uelatus amictu
Aſtitit, & medijs clarum ſeſe obtulit umbris,
Talia uociferans: Quis te Sincere Deorum
Abſtulit, & noſtris inuidit candide terris?
Hoc erat, hoc latices quòd iam mirabar amaros,
Quòd prærupta procul fumabant ſumma Veſaui.
Tu uerò quid membra foues? age lumina ſolue
In fletum: lacrimisq; diu teſtatus ademptum,
Et tumulum ſtatue, & tumulo ſolennia mitte.
Confeſtim excuſsus ſomno ter pectora planxi,
Ter gemitu impleui triſtis nemora omnia circum:
Et tandem in fletum lacrimantia lumina ſolui.
Tu mecum ô quæ ſaxa colis, quæ funera cantas
Coniugis amiſsi, triſtes meditare querelas
Alcyone. uos ô pictis Acheloides alis,
Antiqua Tellure ſatæ, coniungite luctus.
Tuq; adeò quondam felix, cantataq; Muſis

Par-

Parthenope, mecum inferias, & funera Vati
Redde: iterum crines, iterum diſciſſa papillas,
Poſt magni occaſum, ſupremaq́ fata Maronis.
Quis nunc te nobis, qui nunc Sincere Deorum
Abſtulit, & noſtris inuidit candide terris?
Nimirum paulo antè feri data ſigna doloris:
Nec mens læua fuit. caput aureus occuluit Sol
Nube caua: ſeptemq́ dies, ſeptem æthera noctes
Vidimus in liquidos totum diſſoluier imbres:
Et mærens canum excuſſit caput Apenninus,
Et caſtella humeris tremuere hærentia duris.
Nec tamen infletum linquam te nobilis Acti:
Accipe terra meas lacrimas: uos flebile carmen
Ingeminate pijs commotæ queſtibus auræ.
Te mecum è uitreis Lucrinæ Naides antris,
Te flebit coniuncta meis Euplea querelis,
Inarime, Prochyteq́ fero circundata ponto,
Neſis, & aſſiduo pulſata Megalia fluctu:
Te placidus Limon, te felix palmite Gaurus,
Teleboumq́ domus, dilectaq́ littora Baiæ,
Teq́ Dicarchei portus, te proxima Cyme,
Aenariæq́ lacus celebres, & Veſuia rura,
Te referent ueteris reſonantia ſaxa Mineruæ.
Te Stabiæ, te terrigenûm perfuſa cruore
Terra gemet: funusq́ tuum, laudesq́ ſonabunt
Arna tibi dilecta Ceres, tibi cognita Bacche.

Vos patrij mecum, uos ſuſpirabitis amnes,
Flebitis & uirides toto cum flumine ripæ.
Vos mecum rigidi montes, uos inuia luſtra,
Vos gelidæ ualles diſcetis flere, meiq;
Teſtes uos eritis circum nemora alta doloris:
Teſtis erit, quæ ſola gementibus ingemit Echo:
Teſtis erit, qui cuncta uidet, qui luce recludit.
Præterea Serri in ripis uiridantibus alti
Nulla erit è duro quæ non in cortice ſignet
Populus ah mœſtũ, & ſemper lacrimabile carmen.
Quis nunc te nobis rapuit Sincere Deorum?
En tibi Parthenope tumulum mœſtiſsima mater
Conſtruit, & Pario decorat tua funera ſaxo,
Atq; ſepulcrales longinqua in ſecula pompas.
Has lacrimas, uulſamq; à uertice Mergillina
Cæſariem & uiolam, & candentia lilia fundit.
Has naſſas, hæc lina tibi Sincere ſepulto
Piſcator dicat: & ſoli cantare periti
Arcades, hos calamos, & paſtoralia ſerta
Apportant: tu dona libens, tu uota benignus
Suſcipe, & ô tantos præſens ſolare dolores.
Parua loquor: te Nereidum, te docta ſororum
Muſarum uenerata cohors, te mater Amorum,
Flebilibus modulata modis tibi funera ſoluit,
Et tumulo lacrimas oculis turgentibus addit,
Et tumulo denſas inducit ſedula lauros:

Et Paphia ueſtit myrto, & pallente corymbo:
Tum uiuax apium, & Myleſia uellera donat,
Purpureasq́ roſas, & purpureos amaranthos
Spargit, & Ammineo redolentia mella Lyæo:
Aeternoq́ tuum deſignat carmine buſtum.
Nereidum, Pontiq́ decus Sincere, ſepulcrum
Hoc poſuere tibi formoſa Doride natæ.
Muſarum, Phœbiq́ decus Sincere, ſepulcrum
Hoc poſuere tibi pulchra Pimpleide natæ.
Idaliæ, natiq́ decus Sincere, ſepulcrum
Hoc poſuit tibi mœſta Iouis pulcherrima proles.
I felix: iam te Elyſij ter magna receſſus
Vmbra manent, manet umbra tui diuina Maronis:
Innumeriq́ alij, queis uel tua cognita uirtus,
Vel qui felices tecum uixere per annos.
I felix animi, fortunatusq́ laborum.
Iamq́ uale, uale ô Vates: uos ſaxa ualete.
Terra tibi uiolæ ſint ô, ſit perpetuum uer,
Quæ cineres Vatis ſeruat felicis, & oſſa:
Et Zephyri molle inſpirent tibi ſemper amomum.

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. V.

ECLOGA PRIMA.

Meliſcus, ſiue Ioannes Iouianus Pontanus.

Vix primùm roſeo ſpargebat lumine terras
Aurora Oceani exurgens natalibus undis,
Quum triſtis conſueta greges in paſcua Amilcon
Propulit: è ſcopulo, ſummiq; cacumine montis,
Qua pelagi horrentes latè deſpectat in undas,
Et Baccho felix, felix uiridantibus umbris,
Et cantu, & calamis Neptunia Mergilline.
Dumq; illi exultim perſultant pabula lata,
Et tondent uario gemmantia prata colore,
Ille animo extinctum repetens Meliſeon, & alto
Corde trahens gemitum, ſcopulo conſedit acuto:
Atq; hæc in uaſtos protendens lumina fluctus
Effudit, canos uellit dum uertice crines
Infelix, largoq; humectat flumine uultum.
Vos mecum uirides ſaltus, uos flumina, et umbræ
Altorum nemorum, ſuſpiria iungite, & acres
Singultus: mecum ualles Meliſeon, & agri

Triſte fleāt Meliſeū, atq; antra impulſa querantur.
Intonſi referant montes Meliſeon, & ipſæ
Myrtusq;, lauriq;, & mæſto murmure uoces
Frondibus ingeminent: iterent Limonia rura
Extinctum Meliſeum, iterent reſonantia ſaxa.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Nunc gemitus Hyacinthe tuos, tua funera Adoni
Inſcribas folijs, folia & miſerabile carmen
Oſtentent, queſtus ſucco & teſtentur amaro.
Namq; meum nuper fato demerſit acerbo
Impia mors Meliſeum, & frigida lumina letho
Clauſit, & Elyſias miſerum demiſit ad umbras.
Cui quondam uallesq; caua, ſaltusq; profundi,
Dum calamo inſanos ſecum meditatur amores,
Sæpe aſſurgebant: & uaſti murmura ponti
Cui totiens poſuere, uagiq; per æquora circum
Iam norant Delphines: & Ionio in magno
Dum uiridi flauos ſiccant in littore crines,
Nereides ſtupuere, incenſaq; turba profundi
Plauſerunt molles per cærula ſtagna choreas.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Vos ô quæ uirides ſiluas, quæ frondea rura
Incolitis, iuuet & triſtes intendere luctus,
Dauliades: uos ô Cycni uiridantia ripis
Fluminaq;, & mæſtis complentes ſaxa querelis,
Nunc mecum ſocias lacrimoſo carmine uoces

Fundite, & attonitas lethũ hoc referatis ad aures
Nympharum, quæ perſpicui ſtagna ampla Cayſtri
Concelebrant, quæ formoſis in fontibus artus
Clitumni, & ſacro perfundunt flumine crines:
Quæq́; etiam Eridani ad ripas fluuialibus herbis
Nunc uarias ductant choreas, nunc candida colla
Exornant nexis uario de flore corollis:
Quæq́; Niaſeos ſaltus Garamantide in ora,
Et uirides citro ſyluas, Limoniaq́; arua
Culta ferunt, mecum erepti crudelia fata
Paſtoris ſciſſo plorent per colla capillo,
Flebiliter miſeris uariantes pectora palmis.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Ah dolor, ille etiam, ſyluæ quẽ, & paſcua amabãt,
Quẽ uolucres, pecudũq́; genus, nõ amplius heu heu
Aeriæ quercus uiridi proiectus in umbra
Concinit arguta modulatum carmen auena:
Sed nigros Heroas, & irremeabile regnum:
Cuſtodemq́; Erebi cantu demulcet, & angues
Eumenidum, & uaſti nigrantia monſtra profundi.
Interea inculti montes, & paſcua muta,
Omnia ſunt deſerta: omnes lugubre per agros
Paſtores reſonant: complent nemora alta querelis
Fluuiorum uitulæ immemores: nõ gramina poſſunt
Deriuare animum, tremulis non uocibus hœdi,
Dum placidas matres per florida prata ſequuntur.

Vos

Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Te Satyri, Nymphæq́, & monticolæ Syluani
Fleuerunt: non ſancta Pales, non Mænalius Pan
In fletum uoluere: tuum crinitus Apollo
Interitum, & doctæ fleuerunt ſæpe Sorores.
Te fontes luxere: nouus dolor attigit amnes.
Cernere erat latis amnes dominarier agris,
Et paſsim largos lachrymarum effundere riuos.
Quin etiam per ſaxa, cauisq́ in uallibus Echo
Ingemit, & ſtratis uiduatur fructibus arbos
Tonſa comas: flores folijs languentibus arent,
Aret & æterno florens amaranthus amictu,
Aret & extrema uulgatum Anthedone gramen,
Quo Solis paſcuntur equi: non lacteus humor
Huberibus manat diſtentis, non apibus mel.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Quis calamis Meliſee tuis triuiſſe labellum
Auſit? & intacta meditari carmen auena?
Qua quondam noſtra cecinisti primus in acta
Aeris immenſi motus, & nubila, & amnes,
Vndiſoniq́ maris campos: qua limina cœli,
Stellatæ & patuere fores, ac fata deorum,
Errantesq́ ignes, ſpirantiaq́ ignibus aſtra.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Te lachrymans, ac fuſa comas Sebethida ad undam
Antiniana gemit. latè Meliſeon & horti,

Horti infelices referunt: te mœſta Patulcis
Pauſilypi in ſaltu queritur, miſeranda papillas
Et molles laniata genas: procul antra reſultant
Naiadum: miſeræ deſerto Gauridis antro
Rupis Hamadryades, longum Neſidos alumnæ
Abrumpunt lamenta, & fœmineo ululatu
Inſatiabiliter mœſtis loca queſtibus implent.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Heu heu ſub ſolem æſtiuum ſitientibus herbis,
Aut imbri grauis, aut duro contuſus aratro,
Langueſcit moriens Cilici crocus editus aruo,
Atq; apium, uiolæq;, & purpurei narciſſi:
Poſt tamen, ut tepidi redierunt tempora ueris,
Alma parit tellus, reuocatis floribus arua
Halant, & cultis uiolæ naſcuntur in hortis.
At nos, ut primùm tenebris, & nocte profunda
Contexit, merſitq; nigris in uallibus Orci
Lurida mors, ſuperas rurſum ueniſſe ſub auras
Non datur, & cœli ſpectare orientia ſigna.
Vos auræ, ô noſtras auræ ingeminate querelas.
Atq; utinam me me liceat deſcendere ad umbras,
Felices umbras, & fortunata piorum
Concilia, Elyſiumq; nemus, & amœna uireta,
Vt te pallentes animas, regemq; tremendum,
Mulcentem, & ueteres Heroum carmine pœnas,
Alloquar: optatæ quando nunc mortis adempta eſt
Con-

Conditio. Edonum montes, Rhodopeiaq; arua,
Et gelidos Hebri fontes, Tanaimq; niualem
Luſtrabo inſelix, mediæ ſub frigora brumæ:
Cumq; ſatiſcentes findet Canis æſtifer agros,
Et nigrum Aethiopem, deſertaq; ſolibus arua,
Extremosq; hominum Blemyas, traducere uitam
Stat mihi, & infandum nullo cum fine dolorem
Detegere: immenſi flebunt uaga flumina Nili,
Ingentem luctum, & noſtras miſerata querelas:
Donec ſumma dies miſeros diſſoluerit artus,
Et tenuem Meliſee tibi coniunxerit umbram.

ECLOGA II. MYRTILVS, SIVE Andreas Naugerius.

Nondũ plena uagi radiabat imagine fratris
Cynthia, nec roſeo fumantes gurgite currus
Merſerat, & claris cœlum conceſſerat aſtris
Aſtrorum pater: amiſſum quum triſtis Iolas
Myrtilon, incuruo Nauceli in littore fleuit,
Squalentem barbam, ſqualentiaq; ora profuſis
Conſpergens lacrimis, atq; atro puluere crinẽ. (qua:
Mecũ amnes, mecũ antra fleãt, mecũ aſpera teſ-
Triſtiaq; horrentes moueant ſe ad carmina cautes:
Et queſtus ululæ iungant. Quo carmine triſtis,

Paſtorum decus ô, quò te, quò te ſequar? in te
Vnà omnis mea merſa ſalus moriente, mea omnis
Spes cecidit, lucisq; cupido, & gaudia uitæ.
Myrtile, deſerto qui te mea gaudia Diui
Extinxere, mihi patria procul? ô ubi cantus,
Fiſtulaq; & Fauno quondam dictante beata
Carmina, & inſignes Fauno ſub iudice palmæ?
Non me infelicem iuuet ô, iuuet amplius ulmis
Iungere frondoſis uites, aut texere ſepes,
Aut legere apricis incoctas collibus uuas.
Ah dolor, heu nullo pubeſcat uinea fœtu:
Aut potius cœlo exitium ruat, & turgentes
Protinus urantur ſcelerato frigore gemmæ.
Nam quò iam terram purgare ligonibus? aut quò
Amplius & uites ſerere, & tondere putando?
Ingratus labor, infelix heu uinea, cui te
Exitio ſuperi, & crudelia fata reſeruant?
Ille operum ſpectator erat: uelut ætheris alti
Ille mihi numen: ſæpe illum in uota uocabam
Præſentem, ſæpe illius mea uictima tinxit
Frondentes aras myrto felice, nec unquam
Immemor illius ſiluit mea fiſtula laudes.
Teſtes uos hederæ, uos littora conſita myrtis.
Ille meis apibus rorem, caſiamq;, thymumq;,
Humoremq; ſatis arentibus, atq; capellis
Sufficiens, frondem teneram dabat, & bona pratis
Gramina:

Gramina: & arcebat pecori contagia dira,
Et cœli triſte augurium, pœnasq́; Deorum
Auertebat agris, atq; hudos floribus hortos
Spargebat, nulli uiſus ſub nocte ſilenti.
Hos olim colles urſiq́; lupiq́; nocentes
Infames fecere, cubiliaq́; alta ferarum.
Omnia ſqualebant: & ſparſa aconita per herbas
Cernere erat, miſeris paßim dominarier agris.
Hic non audiri paſtorum carmina: nullus
Hic Corydon, reſonare docens Amaryllida ſyluas.
Pro Corydone ululæ, pro pulchra Amaryllide triſtis
Eumenidum rabies, & mœſta in uallibus Echo.
At poſtquam cœlo paſtor demißus ab alto
Myrtilus hos adijt colles, monſtra omnia lætus
Suſtulit, extorresq́; ad priſtina rura colonos,
Paſtoresq́; omnes reuocauit, & ocia ſyluis
Fecit, & argutis iußit ſtrepere arua cicutis.
Iamq́; omnis ſecurus ager, iam paſcua tuta,
Securiq́; greges, tuti & ſub matribus agni,
Et iam triſtis hyems ſtygio demißa barathro
Liquerat hos colles, iam cœlo purpureum Ver
Formoſum terris caput oſtendebat apricis,
Frondebant ſyluæ, ridebant floribus horti,
Iamq́; apibus lætis ſurgebant cerea regna,
Dumq́; ludunt, denſaq́; uolant examina nube
Per ſudum, dulcesq́; domos & tecta refingunt.

Ex illo has ſyluas habitauit Mænalius Pan,
Syluanusq́; Palesq́; decens, Dryadesq́; puellæ,
Et lætis arguta ſonant auiaria cannis,
Dũ Corydon flauas cũ pulchra Amaryllide meßes
Torrenti ſub ſole legit, dum Tityrus uuas
Colligit (ah demens paſtor) cum Phillyde dura.
Huic ſoliti lactis paſtores mittere florem,
Et primos ouium fœtus, ſelectaq́; poma
Arboribus, primamq́; uuam, & flauentis ariſtæ
Primitias, primasq́; roſas, prima arbuta ſyluæ.
Præterea ſi capreolos uenator Amyntas,
Aut leporem, aut ceruum cæpißet ualle ſub alta,
Vltro ſeruabat Paſtori munus. & ultro
Theſtylis inuentas ulmo in frondente palumbes.
Ecce autem rumpens Erebo, atq; è faucibus Orci
Tempeſtas ruit, & commiſta grandine turbo
Ingentem pecori ſtragem dedit: arbuta ſyluis,
Ah dolor, & mites decußit uitibus uuas.
Scilicet occaſum, atq; inſtantia fata canebant
Paſtoris magni ex alto pia Numina ruris.
Heu dolor, heu pietas, ueteris nil carmina Mopſi,
Nil medicæ ualuere manus, nil publica uota.
Amißo cuſtode ſonant lugubre per agros
Paſtores: languent ſata, ſunt ſine honore ſalicta:
Non creuit ſeges in campis, non uimina ſyluis:
Demiſere comas ſyluæ, pecus abſtitit herbis:

Nullum

Nullum & apes legit florem: rura omnia flerunt.
Extincto has ſyluas liquit te Menalius Pan,
Syluanusq́, Palesq́ decens, Dryadesq́ puellæ.
Naiadũ chorus omnis, & omnis Hamadryas, altos
Impleuere ſinus nemorum ingeminante querela.
Ante omnes longè ante alias dilecta ſorores,
Te fleuit mœſta effuſis Elegia capillis:
Ex illo latet abruptis maleſana cauernis.
Naucelus pater aſtrictis turbatus in undis
Delituit, uiridesq́ diu fleuere Napææ.
Ergo ſiue legam milium, uilem'ue faſelum,
Vimina ſeu lenti patriæ prope flumina ruſci
Succidam, uirides quà pingit arundiue ripas
Serrius, aut quà ſe fert Adua turbidus auro,
Aut ingens Padus, aut multum utilis Ollius agris:
Ingratos inter ſuſpiria longa labores
Sæpe trahã, & falcem lacrimis et gramina tingã.
Siue autem dum triſtis hyems niue paſcua ueſtit,
Intra clauſa pecus cohibens fœnilia, texam
Fiſcellas raras, & uimineos calathiſcos,
Frondentem ſemper myrtum per uimina fingam,
Pallorem truncus ſurgens imitabitur auri.
Interea has tumulo uiolas, hæc lilia ſaltem
Care feram, tibi magne feram tibi munus inane:
Addam carmina mœſta, ſerum teſtantia fatum.
Adriades Nympha tumulo beneolentis anethi,

Floremq́

Floremq́, & menthæ circum ſyluestris aceruum
Accumulate, roſasq́, & odoriferum ſerpillum,
Intactum florem legite infelicibus hortis,
Et matutinum Auroræ diffundite rorem,
Atq; iterum atq; iterũ mœſtum ſubiungite carmẽ:
Myrtile quis rapuit, quis te iucunde Deorum?
Hæc ille: ingeminant mœſtũ caua littora carmẽ,
Myrtile quis rapuit, quis te iucunde Deorum?

ECLOGA III. DAMON, ſiue Baltazar Caſtalio.

Lycidas. Thyrſis.

QVid tantũ inſano fœdantem pectora luctu,
Funeſta te Thyrſi iuuat tabeſcere in umbra
Ilicis? en pecudes nullo custode per herbam
Paſcuntur, errantq́ ſuis cum matribus agni:
Nec nomen latè clarum Neſidos ad auras
Antra doces iactare, & pictas gramine ripas:
Sed tantum triſtes referunt nemora auia cantus,
Triſtiaq́ argutæ reſponſant carmina ualles.
Dic luctus quæ cauſa noui, cariſsime Thyrſi?
Dic age, qui mæsto tanti ſub corde dolores?
Th. Ah dolor, ah lachrimæ, ſingultibus interrupta
Ipſa nequit ſuperas uox ægra erumpere ad auras.
Ah miſer ante diem, merita nec morte peremptus
Occidit, & longo clauſit ſua lumina ſomno

Infelix

Infelix Damon, creſcat dolor, & lamenta.
O' mecum luctus auræ ingeminate recentes.
Ly. Prò facinus, carum'ne mihi mors abſtulit heu
Impia mors Damonẽ, et funere merſit acerbo? (heu
Th. Heu peryt mea uita, anima & ſolatia noſtra?
Heu peryt Damon, creſcat dolor & lamenta.
Nec mirum ô Lycida, primis data ſigna diebus
Hoc ante exitium, liquidos auertitur amnes
Immemor herbarũ quadrupes, & crebra querelis
Frondiferum nemus, & ſaltus, & paſcua complet.
Quin etiam patrios præterlabentia fines
Flexerunt retro mærentes flumina curſus.
Ipſe autem fractis imo caput abdidit alueo
Cornibus, & uiridi circum ſtillantia muſco
Abrupit ſerta, & glaucos diſcidit amictus
Mincius, effundens latices, urnamq́ patentem
Impleuit riuo lachrymarum: & candida circum
Pectora fædantes pugnis, atq; unguibus ora
Ceruleæ comites, ſciſſo per colla capillo
Fleuerunt patrias mulcentem cantibus undas.
Et niuei in ripa ceciniſtis flebile cycni.
O' mecum luctus auræ ingeminate recentes:
Vos mecum lugete, & amarum intendite fletum
Paſtores, ſi qua eſt pietas, ſi funera tangunt
Damonis: ueſtri ſpes & ſolatia Damon,
Damon paſtorum decus ingens, cui iuga ſæpe

Nimbo-

Nimboſi Apennini, cui Saturniæ arces
Demiſere caput cantanti: ad carmina cautes
Veniſtis, rigidæq́ altis de montibus orni.
Dumq́ ille egregias laudes & facta Leontis
Perſonat, intonſi referunt ad ſidera montes
Egregias laudes: Primus tu paſcua nobis
Reſtituis: tu ſidera demiſſus ab arce,
Præſidium feſſis rebus, dum tu optime patrum
Terrarum latè ingentes moderaris habenas,
Aurea ſublatis remeabunt ſæcula bellis.
Hei mihi, iam carmen ſuſpiria interrumpunt.
Has igitur mihi ſpes, hæc & ſolatia dira
Liquiſti ô Damon? longum ſine fine dolorem,
Et uanum deſiderium, & ſuſpiria de te
Liquiſti, ô longa iucundior unice uita.
Vellera quum ſetis aries mutarit, & hircus
Velleribus ſetas, dolor & ſuſpiria me me,
Ah miſerum me me linquent, curæq́ ſequaces.
Crudeles ſuperi, crudelia ſidera, nunc me,
Me quoq́ nunc ſtygias comitem detrudite ad undas.
Nã quid ego heu ſine te Damon, dulciſſime Damon
Heu quid agam miſer? aut uitæ quæ gaudia quærã?
Te moriente omnis uiuendi erepta uoluptas.
Hei mihi, iam carmen ſuſpiria interrumpunt.
Quis igitur capiti lymphas, heu quis dabit atros
His oculis fontes lacrimarum, ut plurima triſtes

Abluat unda genas? tellus uicina madeſcat?
Vos gelidi fontes, uos mollia prata ualete:
Dulcia rura ualete, uale ſimul optima Phylli,
Vos umbræ altorum nemorum: non amplius ah me
Delectet uacua carmen luſiſſe ſub umbra.
Viuite iam fontes, & paſcua, uiuite ſyluæ:
Vos cantus & plectra iuuent, mollesq́; choreæ,
Nymphæ noſter amor: nos & ſuſpiria & acres
Singultus, lachrymæq́; decent, & funera triſtia.
Hei mihi, iam carmen ſuſpiria interrumpunt.
Cur ſine me Elyſia Damon ſpaciare ſub umbra?
Conceſſum & ſine me ſacros ediſcere cantus
Aegonis? quem Parthenope, quem cærula Siren
Iamdudum obſtupuit, ſummi cum ſaxa Veſaui,
Et Gauri ſocio reſonarent antra fauore.
Incultum ſolis in rupibus exigere æuum
Amentem iubet ipſe dolor, Damone perempto,
Donec ſæua meos tandem mors ſoluerit artus,
Inuiſam & dederit nobis abrumpere uitam.
Non tamen antè mihi torpentia lumina morte
Langueſcent, tibi quàm Damon pia funera ſoluam:
Conſtituã & tumulum, et tumulo ſolennia mittam.
Paſtores mecum certis altaria donis
Et ſtatuent, mecum & cineri fragrantia dona
Infundent, herbas adolentes, & beneolens thus.
Hic mecum formoſa etiam tua cura Lycoris,

Naides & mœſtis percuſſæ pectora palmis,
Flauentes ſoluent crines, & buſta profuſis
Conſpergent lacrymis, & fœmineo ululatu:
Placabuntq́ pios manes, & carmina dicent:
Quæ quondam edocuit niueas laniata papillas
Mœſta Venus, Pharij quum funera fleret Adonis:
Aeternum & ſalue ſingultibus intermiſtis,
Aeternumq́ uale, dicent, ô maxime Damon.

ECLOGA IIII. ALCON, SIVE Laurentius Gambara.

ITe meæ, ſimul ite meæ per ſumma capellæ
Ad uiridē cythiſum, et ſaturatā rore cicutam,
Dum uos mane nouum rapido defendit ab æſtu:
Pòſt ubi ſub ſtabulum ſero iam ſole reducet
Heſperus, & grauido ſuperabitis hubere limen,
Angitiæ manibus dulces molliſsima ſomnos
Arbutus, & folijs ducet lentiſcus amaris.
Interea Muſæ ueſter quæ dixerit Alcon
Sub platano umbrifera, patrij prope flumina Cluſi,
Dicite: amat repeti ſyluis memorabile carmen.
Sancta Pales tibi ſacra fero, tibi liba quotannis,
Et tibi ſincero ſpumantia cymbia lacte:
Paſtorum domina hac læto cape munera uultu
Alconis, qui perpetuas Dea maxima grates
Per-

Perſoluet, quòd Diua tuo ſub numine tutus,
Non ſæuos populi faſces, non ferrea iura,
Inſidiaſq́; uias pelagi, non triſtia bella
Vidit, & humano perfuſos ſanguine campos:
Et gazas Regum, & magnorum limina Patrum
Spreuit, & excelſis ſurgentia tecta columnis.
Atq; humilis, paruoq́; potens, ſylueſtria tantum
Culmina, & agreſti congeſta mapalia fronde
Incoluit, tenueſq́; caſas: uitamq́; peregit
Paſtorum: & duris uelatus corpora ſetis,
Auia per nemora, ac ualles, camposq́; uirentis,
Sub diuo tolerare hyemes & frigora doctus,
Securam placido captauit corde quietem:
Concußisq́; famem pomis ſolatur acerbam.
Sæpe ſitim non cryſtallo, nec diuite gemmà
Reſtinguit: ſed nuda manus de fonte liquores
Haurit, & admotis arentia temperat ora.
Hanc uitam paßim antiquos coluiße parentes
Fama refert: tunc pulſa Erebo, et dãnata profundo
Triſtis auarities, & amor ſceleratus habendi,
Iuſticia has ſyluas cælo delapſa colebat:
Læta aderat Libertas, & ſua quiſque ſerebat
Securus rura, atq; greges paſcebat in altis
Montibus, atq; hœdos uiridi ſaturabat hibiſco.
Hinc exaudiri paſtorum carmina læta
Vndiq; per ſyluas, perq́; umbriferas conualles.

Ipſe & uere nouo, tepidi ſub ſidere Tauri,
Vel quum maturas iam uentilat area meſſes,
Vel quum poma legit, flauas & Theſtylis uuas,
Lucifer ut primùm candentia protulit ora,
Manè reſurgentis roſeo de gurgite Phœbi,
Armentarius acer amantes prata iuuencos
Propter aquam gaudens herboſa in paſcua ducit.
Paſtores ſimul & pecudum, pecorisq; magiſtri,
Ilice ſub denſa, aut uiridantis gramine ripæ
Sternunt ſe ſomno: nunc paſtoralia dicunt
Carmina, & alterno terram pede pellere gaudent:
Nunc prædura domant agreſti membra palæſtra,
Atq; inter ſeſe præſenti pignore certant:
Ille pedum deponit, hic albæ uellera lanæ.
Nunc melimela legit, nunc dulcia fraga Galanthis:
Nunc thyrſo ſpectanda metit colocaſia Tisbe:
Nunc etiam corylos, & ſuauè rubentia mala
Niſa parat, caro quæ munera mittat amanti:
Vel te thymbra, meos luctusq; imitate hyacinthe:
Fortunate puer, ſati tu uictor acerbi
Exerces lacrimoſa notis poſt funera luctum:
Teq; legit mœſta miſeratus uoce uiator.
Venit hyems, & dura gelu iam gramina canent,
Tardaq; concretis requierunt flumina lymphis:
Cogit amans ſtabulis diſperſa armenta, gregesq;,
Et ueſcas clauſis frondes, & flumina præbet.

Pan felix, ſeu te gelidi pineta Lycæi,
Seu iuga Cyllenes retinent, ſeu te iuga Pindi:
Vosq́ adeò faciles Nymphæ, ſi florea uobis
Serta tuli, geminasq́ aras de more ſacraui,
Veſtraq́ turicremis adoleui altaria flammis:
Vos mihi quodcunq́ hoc uitæ ſub paupere tecto
Degere, & apricis concedite Numina campis.
Paſtores mæſti exanimum & miſerabile corpus
Et condent tumulo, & ſuprema uoce ciebunt
Amiſſum Alconem: flebunt mea funera Nymphæ
Naides, & ſolis habitantia numina ſyluis.
Præcipuè teneris dilecta Amaryllis ab annis,
Et qui me cantu egregius referebat Iolas.
Nec deerit mutum ad cinerem qui nomina noſtra
Ingeminãs, cumulet donis beneolentibus umbram,
Et recinat noſtros non uno in cortice uerſus:
Et modulata meas cantabit fiſtula laudes.
Ah moriens Alcon ſecum, ô ſecum omnia uertit.
Ille dabat reſidens ruris præcepta colendi,
Curandi armenti & pecoris, uitisq́ putandæ:
Ille apibus uiolamq́ dabat, caſiamq́, thymumq́:
Ah moriens Alcon ſecum, ô ſecũ omnia uertit:
Hæc ille: argutis reſpondet uocibus Echo,
Et cantum Philomela refert, cauaq́ antra remittũt:
Et carmen chorus omnis, & ipſe excepit Apollo,
Naides & plauſu felicia ſigna dedere.

ECLOGA V. PHYLLIS.

Mycon. Lycidas.

HAc agedũ placida mecũ requieſce ſub um-
Aeria quercus, mediũ ſol igneus orbẽ (bra
Dum terit, & ſteriles findit Canis æſtifer agros.
Interea dulci, collo quæ pendet, auena,
Quam cantu inſignis dono dedit Alpheſibeus,
Et uacet antiquos dilecta Phyllidis ignes,
Et mecum uacua libeat repetiſſe ſub umbra:
Luna ſuum donec miſeris mortalibus ignem
Diffundat cœlo, rapidiq; potentia Solis
Declinet, uigil atq; canum fortiſſimus Alcon
Seruabit latè errantes cum matribus hœdos.
Ly. Ne miſerum, ne coge Mycon memorare ſuperbos
Faſtus, & triſtes ſæua mihi Phyllidis iras:
Dum refero, creſcit dolor, & noua cura recurſat.
My. Immò age, nam cantu duros ſolaberis ignes.
Ly. Cur refugis formoſa tuum crudelis amantem?
Phylli mea requies, Phylli ſpes unica uitæ,
Cur refugis? quẽ blãda Hyale, quẽ cãdida Gorge
Exoptant: uocat ante alias Galatea ſorores:
Et mihi ſæpe ſuos Glauce narrauit amores,
Miſit & intextis redolentia munera ſertis.
Ante tamen mea Phylli alio quàm tangar amore,
Et deerunt ſyluis frondes, & gramina campis.

Vos cory-

Vos coryli teſtes, uos coniferæ cypariſſi,
Vos ſyluæ, rupesq́ cauæ: quum Phyllida & amnes,
Antraq́, & intonſi reſonarent Phyllida montes,
Quum calamo inſanos conſolaremur amores:
Sed quoniam comitãtur oues, comitãtur & hædi,
Deſpicit, & noſtras ridet malegrata camœnas.
At non formoſi pecoris, formoſior ipſe
Dux erat, extremi uictor Semeleius orbis?
Quæq́ regit Golgos, Memphiticaq́ arua, nitentis
Cycladas, Idaliæ lucos, atq́ alta Cythera,
Prætulit & Marti paſtorem, & paſcua cælo.
Sæpe inter pecudes, per pabula grata canentis
Se implicuit collo: dilectaq́ gaudia libans,
Languidulum petijt per mollia membra ſoporem.
Sæpe illam undoſi errantem prope flumina Nili,
Palmoſamq́ Pharõ, & ad herbida prata gementẽ,
Deflerunt Cnidiæ, Cythereiadesq́ puellæ.
Sæpe etiam aerios linquens dea candida curſus,
Delia lunatis fouet Endymiona lacertis,
Paſcentem niueas per Latmia ſaxa capellas.
Aſpice quot pingues agni, quot gramina uaccæ,
Et mihi quot ſimæ tondent dumeta capellæ,
Hæ tibi munus erunt. læti mihi iugera campi
Sufficiunt grauidas fruges, uinetaq́ læta.
Nec tibi caſtaneæ, nec pomis fertilis arbos,
Nec deerunt tepido liquefacta coagula lacte,

Vel quum ſæuit hyems, uel nuda incanduit æſtas.
Huc ades ô formoſa, manet te ſupparus: Idmon
Hunc ſuit, & picto uariarunt ſtamine Nymphæ,
Serriades Nymphæ, quo tu mea ſola uoluptas
Eniteas, ſuperesq; alias ornata puellas.
Huc ades ô mihi cara: manent te ſerta hyacintho
Diſtincta, & uiolis, & purpureis narciſsis,
Atq; apio, atq; roſis, atq; immortali amarantho.
Suaue per æſtatem molli conſidere in herba,
Quà uirides riuus nemoris perlabitur umbras,
Ac comitem reſidere, cui tua gaudia narres:
Qui, Veneris teneros amplexu nutriat ignes,
Te manet hic Lycidas molli proſtratus in herba.
Hic etiam gelidi fontes, mea Phylli uenito:
Hic tinges uitreis argentea membra ſub undis.
Hic tibi formoſæ nutanti uertice pinus,
Et circum uirides ſociant umbracula myrti.
O' me fœlicem nimium, multumq; beatum,
Oſcula ſi liceat roſeis incenſa labellis
Surripere, & caro recubantem corpore curas
Soluere, & inſanos animi releuare furores.
Sed quid ego hæc demẽs? uẽti mea uerba per auras
Vana ferunt. fugit en miſerum crudelis amantem:
Crudelis, quam nec tangunt tot munera, & olim
Pacta fides: nec iam moriturus tangit amator.
At quondam rapta mærens pro coniuge uates

Threicius,

Threicius, cuſtodem Erebi, ſtygiasq́; ſorores,
Crudelem & potuit precibus placare tyrannum:
Et te nulla mouet noſtri pietatis imago.
Atq; utinam inſido nunquam mea lumina uultu
Flexiſſes, quum nuda genu, paſſisq́; capillis,
Et tenui albentes ſtrophio deuincta papillas,
Mollibus in pratis, atq; in conualle uirenti,
Pallentes uiolas, & lilia cana legebas,
Ac picturatis ornabas tempora ſertis.
Tunc ego, tunc toto percæpi pectore flammam,
Senſiſti & noſtrum formæ tibi conſcia amorem:
Ac mihi (nam repeto) blandè promiſſa dediſti.
My. Hæc ſatis: Oceano fulgentia protulit ora,
Et noctem terris, & toto ſidera cælo
Ducit, ab egelida procedens Heſperus Oeta.

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. VI.

IN GABRIELEM ALTILIVM.

Qualis, Hylã Myſorũ agris dum quæreret amens
Alcides, ripa concidit Aſcanij:
Talis ego, amiſſã dũ per iuga lõga Lycinnã
Perſequor, et nullo deuia trita pede,
Procubui herboſo uiridantis margine ripæ,

In mare quà liquidis Albula rumpit aquis.
Hic me iucundo deuictum lumina ſomno,
Pieridum dulcis per loca raptat amor.
Errabam, molli quà ſe demittere cliuo
Incipit arguto Caſtalis unda pede.
Inde pios ſupero lucos, uiridemq́; Helicona,
Hic ubi ſortitæ rura beata Deæ.
Lauricomi circum colles, & amœna uireta,
Et uaga odoratum perſtrepit aura nemus.
Telluris gremium non uno nomine flores,
Non uno pingit miſta colore roſa.
Hos ſuper argento, & tenui mage ſplendida uitro
Irrigat Aonijs lympha profuſa iugis.
Alta latebroſo dependent pumice tecta,
Veſtibulum molli fronde tegente uiret.
Intus natiuo conſtructa ſedilia ſaxo,
Et ſtrepitans murmur lene ſonantis aquæ.
Hic mihi Pieria uiſus recubare ſub umbra,
Pythius, & circum Theſpia turba Deæ:
Queis ſubter fuſos ceruix argentea crines
Accipit, & fuſos aurea ſerta premunt.
Illis Aſſyrio ueſtis fucata ueneno
Ardet, & ex humeris parte ab utraq; fluit.
Hæc modò uocales percurrit pectine chordas,
Hæc ſimiles chordis nectere docta modos.
Hæc modò pallentes uiolas, modò lucida texit

Lilia,

Lilia, uirgatis quæ gerat in calathis.
Hanc tenet hoſpitijs late frondentibus arbos,
Hæc lauat integris pectora fluminibus.
Pars etiam implexis per mutua uincula palmis,
Exercent faciles ad noua plectra choros.
Has inter iunctis ſpaciantur paſsibus ambæ,
Calliope, & magni nominis Altilius:
Altilius, quo non Phœbo iucundior alter,
Altilius ſacro lotus in amne Pater.
Huic modò prima chori citharã ſuſpendit eburnã,
Addit & Orphea fila canora lyræ:
Queis thalamos Iſabella tuos Aragonia uirgo,
Pindarico reſonet queis grauis ore Deos:
Melpomene inſignem uictrici fronde coronam
Nunc parat, & uerna lutea ſerta roſa:
Nunc plectro inſignit lætum, teſtudine & aurea,
Vt referat dulci dulcia furta ſono.
Ille canit: Mea uita Lami loca nota relinque,
Quintia Parthenopes dulcia tecta pete,
Dum modò ſim tecũ mea lux, non regna, nec aurũ,
Non Arabum optarim ditia rura mihi.
Sat mihi ſit chara mentem ſaturare figura,
Paſcere & optatis lumina ſideribus.
Tu tantum Ambroſijs intendas uincla capillis,
Vincla uel æterno non ſoluënda Ioui.
His addit dominam inſignem de cæde ferarum,

Munera

Munera Dianæ digna referre tholo.
Dum canit, Amniæ reſpondent carmina ualles,
Et nemora intonſis ſpiſſa cacuminibus.
O nimium felix tanto ſcriptore puella,
Felix quam longum charta loquetur anus.
Nota colorati diſcent tua nomina Seres,
Quæq; iacet nimio terra peruſta gelu.
Iam niueos illi iungebat ſedula cycnos,
Et dabat adducta lora regenda manu:
Quum mihi iucundus defluxit corpore ſomnus,
Lucifer & roſeo fulſit ab Oceano.

IN LYCINNAM, AD ACTIum Sincerum Sannazarium.

Acti, plectra mouet cui lenia pulcher Apollo,
Gratia cui dulci ſemper in ore ſedet:
Te uiridis Sebethus habet, te florea Tempe,
Cantantem faciles inter Hamadryadas.
Nunc molles Elegos, nūc culta Epigrāmata pangis,
Nunc etiam magno digna Marone ſonas.
Nec pudet Arcadia carmen duxiſſe cicuta,
Quærere nec denſas Phyllida per ſalices:
Nec manibus tepidi tractare coagula lactis,
Nec calathos lentis texere uiminibus.
Et tua littoreæ reſpondent carmina Nymphæ,
Saltat & ad numeros Naica turba tuos.
Quicquid

Quicquid agis, nam te nunquã ceſſare putandũ eſt,
Tradere nec molli pectora deſidiæ:
Nemo eſt, crede mihi, te fortunatior uno,
Nec cui tot dederint Numina delicias.
Me malus urit Amor: me caræ cura Lycinnæ
Torquet, & inſano gliſcit amore dolor.
Non Septemgemini tentant mea pectora colles,
Non ueterum tituli, non monimenta uirûm.
Non mihi Laurẽtes Nymphæ, Tyberina'ue proſunt
Flumina, & errantes læta per arua greges.
Ver nitidum formoſa ſinu de Chloridos ora
Extulit, & Zephyri mollia prata fouent.
Vernantes iam læta tenent examina campi,
Lætior & ſolito gutture cantat auis.
Exuitur iam terra niues, iam frigora cedunt,
Squamigeros cernas ludere in amne greges.
Intermiſſa uagus repetit commercia nauta,
Cui cura eſt dites quærere Gangaridas,
Et Nerei perferre minas, & fidere uentis,
Et nauem ignotis credere littoribus:
Vt legat auriferas Pactoli in littore arenas,
Præbeat ut fuluos India chryſolithos.
Me tamen urit Amor: me caræ cura Lycinnæ
Torquet, & inſano gliſcit amore dolor.
Et mea perpetuo tabeſcunt lumina fletu,
Cogor & auerſos ſollicitare Deos.

Nil

Nil iuuat appoſito genialis menſa Lyæo,
Nil iuuat arguto pectine pulſa chelys.
Pro menſa lachrymæq́; graues, & feruida curæ,
Pro cithara dominæ nomen in ore meæ.
O` nimium formoſa mihi tua cara Lycinna,
Oraq́; & (hei miſero) lumina bina faces.
Vror, ſeu fuluo diſponis uertice crines,
Digna Ioue, aut ſi quid clarius eſſe poteſt.
Vror, ſeu ducis carmen teſtudine, uate
Digna Deo, aut ſi quid doctius eſſe poteſt.
O` tandem deuicta prece, & iuuenilibus annis,
Diſce precor longam ponere duritiem.
Dura ſiles, nec dura prece & iuuenilibus annis
Tangeris, inuicta durior ô ſilice.
Improbe Amor, crudelis Amor, iam pone ſagittas:
Iam ſatis in miſerum ſpicula torta iecur.
Quid ſequeris pallentem umbrã? quid retia tẽdis?
Quid'ue nouas inſers in mea corda faces?
Te Venus Hyrcanis quondam maleſana ſub antris
Edidit, Hyrcanæ uel genuere feræ.
Vixiſſet Phyllis, niſi te ſtimulante putaſſet
Iam deſperandum Demophoonta ſibi.
Aonidum poterat decima eſſe miſerrima Sappho,
Te duce Leucadias ni petijſſet aquas.
Per te nec nitidi redeunt mihi tempora Veris,
Nec datur optato lumine poſſe frui:

Sed

Sed tantum nigras hyemes, ſed dura uidere
Frigora, ſed ſæuo pectora uincta gelu.

IN DISCESSVM LYCINNAE.

Aſtrorum decus, & primi Dea candida cœli,
Quæ reficis blando roſcida prata gelu,
Huc ades, & noſtro reſtingue in pectore flammas,
Vſtaq́; nocturnas temperet oſſa liquor.
Sic te Diua tuus ſemper ſuſpiret amator,
Et teneat roſeo Latmius ore puer.
Vos ſcopuli, uos ſaxa meas audite querelas,
Quà fera Tyrrheni frangitur unda maris.
Vt primùm digreſſa leui mea cura phaſelo,
Littoraq́; & patrij delituere ſinus,
Clamabam: mea uita, tuum cur linquis amantem?
Cur tecum uenti gaudia noſtra ferunt?
Huc ſaltem conuerte oculos, conuerte nitentem
Huc faciem, queis mi uincula nectit Amor.
Non tamen aut oculos, faciem'ue immota reflexit:
Certa ſed in uultu ſigna dolentis erant.
Dumq́; leui fertur mea lux ſuper æquora cymba,
Splendida cæruleis Luna renidet aquis.
Tunc fera diſcordes poſuerunt prælia uenti,
Impulit & celerem protinus aura ratem.
Miratur pater ipſe maris Neptunus ab unda:
Mirantur Tethys, Nereidumq́; chorus:

Certatimq́; budis exertant ſedibus ora,
Et facili plaudunt ſigna ſecunda manu:
Tranquillamq́; uiam per cærula longa precantur,
Texat & emeritæ nautica ſerta rati.
Atq; aliqua ex illis, Panope, Galatea'ue dixit,
Talis erat tauro uecta puella Ioue:
Talis ad Idalium uecta eſt Venus aurea concha,
Quum primùm ridens æquore nata Dea eſt.
Tunc ego deſerta iacui reſupinus in acta,
Frigidus & toto corpore ſanguis ijt:
Qualis in amiſſa mœrens pater Orithyia
Torpuit, & uincta Cepheus Andromeda.
Ex illo mea corda grauis confecit amaror,
Abſtulit & ſenſus una Lycinna meos.
Paulatim abſumptæ uires, moribundaq́; membra:
Nec lachryma ex oculis ſicca dolore cadit.
Et tantum horrentes ſcopulos, & inhoſpita luſtro
Littora, mortali uix adeunda pede.
Suſpiransq́; gemensq́; meos ſic ſolus amores
Conqueror, & longam triſtis amaritiem.
At uerò æquales formoſo corpore Nymphæ
Fleuerunt, paſſis ſciſſa per ora comis:
Et lachrymis ſparſere rigantibus humida ſaxa,
Vndaq́; de lachrymis tunc mage ſalſa fuit.
Fleuit Parthenope, flerunt iuga ſumma Veſæui:
Fleuit & aſtrictis lucidus Amnis aquis:

Flauentes

Flauentes ubi pulchra comas, ubi lactea colla
Tingere, & aureolum ſueta lauare pedem:
Et dixit fracta nudatus arundine crinem,
Non ultra eſt oculis conſpicienda meis:
Illa meos oculos quæ ſola implere ſolebat,
Et lymphas membris ſola beare meas.
Sed me infelicem, quæ te fata impia, quis te
Abſtulit è noſtro cara Lycinna ſinu?
En quò tot deſideria, & uota irrita, quò ſpes
Abſtulit hei miſero rapta Lycinna mihi?
Felices oculi, felicia ſidera, non uos
Vlla dies noſtris extrahet ex oculis.
Semper cara mihi, ſemper celebrabere imago:
Viuet & in noſtris lux tua carminibus.

VER.

IAm tandem tepidi redierunt tempora Veris,
Phœbus & Hellææ uellera preſſit ouis:
Et fœcunda uiget genitabilis aura Fauoni,
Dædalaq; ipſa ſuas Terra miniſtrat opes.
Incuſtoditæ per prata uirentia Nymphæ
Ludunt, & Charites carmina lecta canunt.
Tempora ſutilibus gaudent redimire corollis,
Floribus & plenos ſæpe referre ſinus.
Hæc legit Idalij monimentum dulce doloris,
Altera Lampſacio lilia grata Deo.

Altera diſtincto componens ſerta colore,
Pingit odoratis lactea colla roſis.
Hanc tenet æterno florens amaranthus amictu,
Miſtaq́; Corycijs alba liguſtra crocis.
Hac lauat integris candentia pectora lymphis,
Hæc placido flauas abluit amne comas.
Dulcia purpureis aluearia floribus explet,
Et liquidum nectar ſedula fingit apis.
Candida felices impellunt lintea uenti,
Et placidum nautis aura miniſtrat iter.
Iam tener umbroſas intexit pampinus ulmos,
Diues & in uiridi palmite gemma tumet.
Nunc frondent ſylua, frondet Phaethontias arbos,
Subijcit & latas fraxinus alta comas.
Largius & niueæ detondent gramina uaccæ,
Et referunt dominis hubera tenta ſuis.
Cuſtodes ouium tecti uariantibus umbris
Dicunt in uiridi carmina læta ſolo.
Corniger intonſi repetens Pan ſumma Lycæi,
Capripedes Satyros ad noua feſta uocat,
Iam uolucres liquidum concentibus aera complent,
Et uolitant uario per nemora alta ſono.
Daulias, & denſis reſidens Philomela ſub umbris,
Concinit Iſmarij fata gemens Ityli.
Candidus Erydani cantat modò cycnus ad undam,
Dulcius extremum quàm canat ante diem.

Et

Et modò Mæonij liquentia ſtagna Cayſtri
Mulcet, & argutis Aſia prata modis.
Nunc leo Gætulis recubat placidiſſimus antris,
Nec cupit imbelles dilacerare feras.
Plurima taurinos initus optatq́ timetq́
Bucula, & incurſu florida prata terit.
Iamq́ audet fluuios ſonipes tentare minaces,
Et mouet excuſſis ardua colla iubis.
Omne genus, magnæ uel quod colit rura Parentis,
Cærula uel liquidi quod colit antra maris,
Quodq́ iter intendit pennis per inane profundum,
Et fruitur ſemper liberiore polo,
Vritur, & teneros ſecum meditatur amores,
Et ſequitur Paphij mitia caſtra dei.
Scilicet intermiſſa diu ſua prælia miſcet,
Et renouat pugnas imperioſus Amor.

AESTAS.

T*Aygete Oceani nitidum caput æquore tollit,*
Pleiadum & denſas ſidera agunt choreas.
Iam cœlo terræq́ ardens inducitur æſtas,
Iam rapidas uexat corpora feſſa calor.
Rura uocant, mea Vita alacres migremus in agros,
Quos uaga formoſi Thybridis unda rigat:
Vitiferi expectant colles, flauentiaq́ arua:
O ualeant urbes, mœniaq́ alta Remi.

Vrbem alij teneant, Phrygijs quos nixa columnis,
Fultaq; Mygdonio marmore tecta iuuant,
Illuſæq; auro ueſtes, & Perſide gaza,
Et nitet Attalicis regia texilibus:
Multa quibus ualidi conuellunt iugera tauri,
Et centum in ſtabulis candida balat ouis:
Rura tibi, & Zephyro placeant uiridãtia Tempe,
Secretiq; iuuent fluminis hoſpitia.
Hic inter matres Cereri ſacra annua magnæ
Ipſa feres, nitidas flore reuincta comas.
Atq; umbrata gerens intorta tempora quercu
Concipiet blandas ruſtica turba preces.
Terq; nouas circum fruges luſtrabit, & agros
Agnus, & ex humili uictima porcus hara.
Inde coronatas ubi thure adoleuerit aras,
Imponet ſanctæ ſpicea ſerta comæ.
Illic colludunt per prata recentia uaccæ,
Purpureum primo mane ferente diem.
At quum Sol medium curru teret igneus orbem,
Cernere erit pulſos flumina ad alta greges:
Paſtores captare umbras aut ualle ſub alta,
Aut ubi uicinis fontibus antra ſonant:
Et modò gramineis ſeſe exercere palæſtris,
Et modò uictrici cingere fronde caput.
At nos frondoſæ proſtrati in gramine ripæ,
Plurima ubi ingenti procubat umbra comæ:

Hic ſimul æſtiua feſſi recreabimur aura,
Inducet ſomnos & leue murmur aquæ.
Tunc ego, quũ dulcem dederis per membra quietẽ,
Et premet infuſus lumina uicta ſopor:
Formoſos ſtrophio impediam florente capillos,
Terra tibi è uario ſerta colore feret.
Nunc circumfuſos tereti ceruice lacertos
Implebo, atq; halitum cernuus ore legam.
Atq; utinam amplexu, gremioq́; infuſus amato,
Ante diem campos mittar ad Elyſios.
Pallidulæ Dryades cineri beneolentia ſerta
Spargent, & mœſtas munera in exequias:
Atq; incorruptos paſtor ueneratus amores,
Cantabit triſti triſtia uerba ſono.
Pòſt ubi conuerſo conſurget Veſper Olympo,
Compellent ſaturos in ſua tecta greges.
Cuſtodes ouium hic omnes, pecorisq́; magiſtri,
Conſpergent placidam lacte tepente Palem:
Perfuſiq́; manus, & uerſi ad lumina Solis,
Placabunt donis ſupplicibus dominam.
Hornaq́; felices purgabit cæſa iuuencos
Hoſtia, & aſperſam ſanguine tinget humum.
Frondator ramos Saturni dente fluentes
Stringet, & infirmo pabula læta gregi.
Te iuuet interdum ſpaciantem rure beato
Cernere fumantes ſub iuga curua boues:

Aequora pellitus dum fracta inuertit arator,
Suſcitat & ualido pingue bidente ſolum.
Tum cui lanicium cura, cui uellera cordi,
Balantum dulci merget in amne gregem:
Verùm ubi Sol radijs cœlum inflammabit acutis,
Feruet & æſtiuo terra peruſta Cane,
Succidet denſas incoctus meſſor ariſtas,
Quas terat aßiduis area toſta rotis.
Ergo agedum noſtræ ſpes ô fidißima uitæ
Lydia, felicis commoda ruris ama.

AVTVMNVS.

NVnc pater Autumnus diuini ruris honores
Explicat, & plena Copia larga manu.
Primitias Lenææ Euan tibi ruſtica pubes
Libat, odorato miſta falerna mero:
Leuiaq́ intortis religat tibi colla corymbis,
Et nitidam ſerto uerſicolore comam:
Ipſe tibi ante aras redimita fronte bicornis
Stat caper, & ſanctos imbuit ipſe focos:
Muneribus grauida ipſa tuis tibi uinea floret,
Mitis & ipſa tuos inficit uua pedes.
Ipſa alacris ſaltus tenet, & læta arua Voluptas,
Et gaudet feſtos ducere uerna dies.
Me tenet ingratis nutrix Aeneia terris,
Horrida Tyrrheni quam ferit unda maris.

Te procul Argei retinent mea uita receſſus,
Tingit & optatos lympha Aniena pedes.
Ipſe ego, quod poſſum, molli tua nomina in umbra
Sæpe itero, argutis cognita littoribus.
Sæpe etiam inuiſens oculis lachrimantibus altum,
Experior tantam fallere triſtitiam.
Ante oculos duri quondam Læſtrygonis arces,
Structaq́ ab antiquo mœnia celſa Lamo,
Mœnia flauenti quæ Formius aurifer alueo
Stringit, & Artaciæ nobilis unda rigat.
Et qui frondoſa Laurentia culta Marica
Mordet, & irrigua Lyris abundat aqua.
Obſtrepit hinc multã torquens Vulturnus arenam,
Et celer Etruſcis conditur æquoribus.
Hinc uiridem lucum, ſaxoſiq́ Anxuris arua,
Aruaq́ Circæis ſubdita uerticibus
Deſpicio, & denſis lætiſſima littora myrtis,
Aureaq́ à uigili mala dracone rubent.
Non tamen ulla magis referunt ſolatia menti,
Quàm ferat abrupto ſidere triſtis hyems.
Non me picta mouent maculoſis littora conchis,
Quas uaga feruentis expuit unda freti:
Nec quia uerſa leues uolitent ſuper æquora cymbæ,
Laxat inexpletus triſtia corda dolor.
Purior electro, & pellucidula cryſtallo,
Serpit, & arguto gramine lympha fugit.

Hic mihi chara oculis dum ſæpe occurrit imago,
Vinclaq́ quæ dulcis dulcia iunxit amor,
Combibit effuſos oculis manantibus imbres,
Creſcit & è lachrymis lucida lympha meis.
O' quotiens, dum plena uago ſeſe exerit orbe,
Puraq́ nocturnis Luna renidet aquis,
Suſpiciens dixi, propior mea cura decentis
Eſt humeros, roſeo ſic decus ore nitet:
O' quotiens liquido uibrat dum lumine pontus,
Sic geminæ fulgent ſidera noſtra faces.
Te uerò mea lux fœcundi gratia ruris,
Pomoſiq́ iuuent Tiburis hoſpitia.
Illic te capient decerpta cydonia ramo,
Ipſa leges facili cerea pruna manu.
Muneribus gratum naturæ ſedula crinem
Impedies, uiridi palmite compta caput.
Hic tempeſtiuas pandis in lyntribus uuas
Aſpicies, celeri preßaq́ muſta pede.
Conditaq́ in tectis ſpumantia uina picatis,
Defrutaq́; & dulci mella recocta mero.
Pluraq́ iucundi miraberis otia ruris
Ruſticus ut iacto ſemine findat humum:
Vinitor ut lentis adiungat uitibus ulmum,
Palladis & pingues ſtringat ab arte comas.
Vt iuuat agricolam purgantem cernere riuos,
Cernere paſcentes pabula lecta boues.

Hæc inter mea Diua graui ſemota labore,
Traduces uitæ mollia fata tuæ.
Interea meliorem animæ quando optima partem
Sola tenes, noſtri uiue Ligella memor.

CONVERSIO SVI IN fontem.

AVrea nunc tacito uoluuntur ſidera cœlo,
Altaq; nocturnum Luna miniſtrat iter:
Nox tacet, & mutæ requierunt murmura ſyluæ,
Strataq; iucundus marmora ſomnus habet:
Solus ego, hei miſero, ſyluis redimita profundis
Luſtra peto, & duris uix habitanda feris:
Et tantum horrentes ſaltus, loca ſola pererro,
Phyllida dum longa perſequor uſq; uia:
Ceu uitula amiſſos fœtus orbata requirens,
Et nemora, & montes, & ſtabula alta legit.
Non amnes miſerum medij, non me ardua tardant,
Non timeo audaces in mea fata feras.
Sæpe etiam excelſis errando in collibus amens,
Clamaui nomen terq; quaterq; tuum.
Sed fruſtra abſentem uocis mihi reddit imago
Phyllida, & abſentem Phyllida ſaxa ſonant.
O` quotiẽs tremulas Zephyris motãtibus umbras,
Sum ratus optatos tunc ſonuiſſe pedes.
O` quotiens cœlum Phœbi uiolentior axis

Dum terit, & rapida dum coquit arua face,
Conſcindũt curæ, & trepidos tremor alligat artus,
Et malè habet triſtis frigida corda metus:
Neu perplexum iter, & cæcum regione uiarum
Fallat, & attonito ſepta timore cadas:
Neu dorſo nemoris recubantẽ, aut flumina propter
Implicet, & ſæuo uipera dente petat.
Sæpe etiam timeo, ne quod malè numen amicum,
Inuida'ue ignoto Nympha ſub amne trahat.
Dicite Hamadryades (nam uos Amathuſia nouit,
Veſtraq; furtiuus pectora iunxit amor)
Cur ô cur totiens caros fata impia amantes
Tam procul à caro lumine abeſſe uolunt?
Phylli meæ requies, Phylli ſpes unica uitæ,
Quæ miſerum heu ſine te fata fuiſſe uolunt?
Heu ſine te nec regna iuuent, nec diuitis auri
Pondera, nec ſine te quas legit Indus opes.
Me matutino flentem conſpexit Eoo,
Et flentem ſero Veſpere uidit Amor.
Felices Arabum gentes, felicia regna,
Diues odoratis quas ſecat Oxus aquis:
Quas iuuat in partem coniux beneolentibus aruis,
Tondere artifici gramina culta manu:
Queisq; ſudẽ parmãq; gerit, feraq; arma miniſtrat,
Nec timet audaces fortis inire uias.
Atq; utinam tibi me comitem fortuna dediſſet,

Vreret

Vreret haud tantus pectora noſtra dolor.
Pro te uel magnos auſim attentare leones,
Et celer hirſutas comminus ire feras.
Pro te uel rigidis luſtrare inſeſſa pruinis
Suſtineam, & ſicco regna peruſta Cane.
Ah potius, ne ſis miſero tam feruida cura,
Rumpantur uitæ fila ſeuera meæ.
Sed neq; ut exacto per fortia pectora ferro
Fœdarim herboſam ſanguinolentus humum:
Aut mea ut informi torpeſcant lumina letho,
Aut in ſubiectos deferar umbra lacus:
Fundite ſed largos lachrimarum lumina riuos,
Eia agite in lachrimas lumina abite nouas:
Dum mea in exiguũ uertantur corpora fontẽ,
Vt piceæ ſecto cortice gutta cadit:
Quem non longa dies luſtris properantibus aut
Eximat, & nigra conditione uacet.
Nec caua feruentes excludant marmora ſoles,
Pendula nec Pharia carbaſa texta manu:
Sylua ſed incumbens crepitantis margine riui,
Intendat fonti denſa theatra meo.
Cedrus odorata fontem circumtegat umbra,
Intexat uarium buxus opaca nemus.
Cyllenes gelidis de uerticibus cypariſſi
Deſcendant, comitem pinus amica trahat.
Hic myrtus, myrteq; uirens interſita laurus,

Ex-

Explicet & latas ardua palma comas.
Has circum, ſupraq́; uagæ pia turba uolucres
Dulcia felici carmina uoce ſonent.
Pura ſupercilio muſcoſi tramitis altè
Deſiliens, madidam lympha pererret humum.
Ipſa humus æternos ſummittat dædala flores,
Et religet multa tempora cana roſa.
Nec rapidis ſitiens quum ſolibus æſtuat orbis,
Deficiant latices, uiuaq́; ſemper aqua.
Nec quum triſtis hyems curſus frenarit aquarum,
Et ſteterint duro flumina curua gelu,
Concreſcant rigido fugientes frigore riui,
Sed liqueat tepido nix reſoluta Noto.
Tu quoq; & aurato fulgens argentea cornu
Cynthia, fraternis æmula luminibus,
Sic incorrupti nunquam plorentur amores,
Sic faueant uotis Latmia ſaxa tuis:
Effice perpetuò lentus ne deſerat humor,
Siue ſuper, ſeu te ſubter habere uoles.
Forſitan & noſtros quondam miſerata dolores
Afferet errantes huc mea Vita pedes.
Et laniata genas pectus fœdabit honeſtum,
Damnabitq́; ſuam perdita duritiem.
Et lacrymis ſparget rorantibus humida ſaxa,
Et mea cum multo fata dolore gemet.
Interpellatos nunc anxia flebit amores,

Et

Et repetet tenui dulcia furta ſono:
Et modo marmoreum felicibus abluet undis
Pectus, & aureolos amne nitente pedes.
Hanc iuuet & plexis collum redimire corollis,
Et uario nitidam flore ligare comam.
Hanc uiola imbriferi capiet prænuncia ueris,
Nunc iunget lachrimas pulcher Adoni tuas.
Nunc ferrugineos componet blanda hyacinthos,
Nunc texet rubri mollia fila croci.
Nunc diſtincta leget argentea lilia loto,
Molliter & croceas demetet ungue roſas.
Tunc mihi quot tacitos tentabunt gaudia ſenſus,
Tunc ego non cœli regna tenere uelim.
Aggrauat hæc ſantẽ lachrimoſus pectora torrens,
Mœſtaq; labentes implicat unda pedes.
Et tamen extrema moriens quòd te alloquor hora
Phylli uale, heu mortis cauſa nec una mea.

LVCILLA.

Non graue ſit, quicũq; pio ſub amore caletis,
Perlegere has oculo non properante notas.
Illa ego formoſas inter non ultima Nymphas,
Flauus quas liquidis Allia cingit aquis,
Licmona fortè meum Lucilla amplexa ſedebam,
Quà prope muſcoſo riuulus amne fluit:
Quum latitans anguis talo mihi mordicus hæſit,

Quòd

Quòd iamdudum alto preſſa ſopore forem.
Viue memor noſtri Licmon dilecte, uolebat
Non profecturis dicere lingua ſonis:
Sed dicto citius præcordia ad ipſa uenenum
Vocalem obſtructo clauſerat ore uiam.
Quod primùm aduertẽs iam iã moriturus amator,
Diſtricto intrepidum perculit enſe latus.
Vidi ita demeſſum uiolenta falce hyacinthum
Languere, aut florem pulcher Adoni tuum.
Non tibi quæ claudat morientia lumina mater,
Nullus adeſt lachrymis qui riget ora pijs.
Nec patriæ comites fuſo per colla capillo
Vltima funeribus dona dedere tuis.
Te Tyberis, te magnanimi iuga ſumma Quirini,
Fleuit & excuſſis Romula ſylua comis.
Inde una Elyſias animæ aduolitauimus umbras,
Inter odoratum fronde uirente nemus.
Hic uis nulla aliquo uires habitura ſub æuo
In ſacrum hoc tanti pignus amoris erit,
Illud enim ſparſo ſancitum eſt ſanguine fœdus,
Altera quòd nunquam ſoluere Parca queat.
Et ſi fortè iterum molli repetemus in herba
Ipſa per innumeras oſcula blanda uices,
Alta quies mea quum reparabit corpora, ſerpet
Noxia ſub pedibus uipera nulla meis.
Quod ſi intempeſta per opaca ſilentia noctis,

Quum

Quum repetunt tacitas ſidera oborta uias,
Vos totiens uolucri ficta ſub imagine mortis
Permulcent miris ſomnia uana modis,
Hic melius quanto æternùm requieſcet uterq;?
Quandoquidem uerus nos modò ſomnus habet.

DE NARNO ET HESTERIE.

VItiferos effert quà Scantia uillula colles,
Flauaq; Minoos prouocat uua lacus:
Lanigeri Narnus cuſtos gregis impiger, agro
Errantem ſtabulis ſors reuocabat ouem.
Heſterie ſimas paſcens uicina capellas,
Purgabat facili rura paterna manu:
Et durum cantu cupiens lenire laborem,
Nectebat tenui ruſtica uerba ſono.
Carmen erat paſtor, montes, armenta, gregesq;,
Et quæ Parrhaſio fiſtula grata deo eſt:
Antiquosq; nouo memorabat carmine amores,
Admiſcens uarijs uerba referta iocis.
Aſt ille argutæ captus dulcedine uocis,
Captabat bibula ſæpius aure ſonos.
Dumq; illam ſpectat, fixosq; in uirgine ocellos
Vſq; habet, in miſerum ſpicula torſit Amor:
Cordaq; fatali tinxit moritura ueneno,
Nec fuit à dira tuta puella manu.
Heu heu quid ſæuo non expugnabile Amori?

Sen-

Senſerunt Paphias ruſtica corda faces.
Inq́ dies ardor gliſcit, rigidosq́ per artus
Errat, & in medio pectore flamma furit.
Nam modò ſuſpirat miſtum candore ruborem,
Et modò luminibus lumina grata ſuis:
Iam thalamos fingit, iam cara munera nuptæ
Præparat, atq; animo ſpemq́ metumq́ fouet.
Nec minus infauſtos uirgo nutribat amores,
Ardebantq́ una pectora bina face.
Illa ſibi hunc unum fingitq́, optatq́ maritum,
Nec ſibi quàm Narnum malit habere Iouem.
At pater innuptæ tangit quem cura puellæ,
Vt uiſa eſt auctis nubilis huberibus,
Hanc ſpondet Mopſo, ſeptem cui pinguia ſyluæ
Iugera: & anguſtæ iunctus ager caſulæ.
Vtq́ domum rediјt: flauos mea filia crines
Come, ait, & uerna tempora cinge roſa.
Deſponſa es Mopſo, diti cui plurima ſylua
Frondet, & in ſeptis plurima balat ouis.
Erubuit: certo nec conſtitit illa colore,
Dicere ſed contra nil tamen auſa patrem.
Nec mora, quum ſertis longos redimita capillos
Egreditur, feſta limina fronde uirent.
Iamq́ & Mopſus adeſt, feſtosq́ Hymenæō ad ignes
Multifori loto tibia læta canit.
Iam ducunt iuuenes choreas, iunctæq́ puellæ:

Spar-

Sparguntur pueris myſtica dona nuces.
At miſer auferri ſibi ne ſua gaudia cernat
Narnus, inhumanos iam parat ire Getas.
Ah nimis infelix, ſi quem temerarius odit
Ille, ipſos cogit qui iuga ferre Deos.
Dum fugit, Heſterien ſolam miſer inuenit: & ne
Non pereat, renouat uulnera ſæuus Amor.
Iunxerunt pariter dextras, lachrymisq́; profuſis
Occluſum in medio eſt pectore uocis iter.
Tum qui nolenti nuper defluxerat humor,
Subſtitit: inuaſit pectoris ima dolor.
Non ſecus obriguit, quàm quum Sipyleia mater
Inter tot miſera eſt funera facta lapis.
Vixq́; domũ Heſteries lachrymis, precibusq́; parẽtis
Ductus, in agreſtes corruit ille toros.
Faſtiditq́; dapes, & ſi quid fortè ſalutem
Ferre queat: patris nil ualuere preces.
Non hic Phylliride, non hic tua cura Melampu,
Nec proſunt artes docta Cytæi tuæ.
Non ipſa Heſterie, tanto quæ exterrita caſu
Venerat, ut, ſi qua ſors pote, ferret opem.
Vocibus illa quidem blandis lenire dolorem
Nititur, innumeris officioſa modis.
Ipſa ſua ponit condita cibaria cura,
Ipſa ſua miſcet dulcia uina manu.
Ille mori certus, non tantum uina repellit;

Atq;

Atq; cibos: gelidam ſed neq; guſtat aquam.
Peruigil inſomnes ducit noctesq́; diesq́;,
Sentit & extremum iam ſibi adeſſe diem.
Heſteriæ aſpectu morientia lumina paſcit:
Heſteriam nutus, lumina, labra uocant.
Hæc modò contrectat dextram, modò brachia collo
Subijcit, & longa ſuſtinet uſq; mora.
Aſsidet interdum, blandisq́; arridet ocellis,
Non longas ſpondens ſors in amore moras.
Sed quæ debuerant flammam extinxiſſe furentem,
Ignibus inſanis hæc alimenta dabant.
Quarta dies aderat, nec erat ſpes ulla ſalutis:
Illa tamen ſpretas admouet uſq; dapes.
Nil ille: occulto ſed tantum exuritur igne,
Quàm pulſa ingenti Sicelis Aetna Noto.
Ac ueluti Arcadius correpta in fomite flamma
Ardet inextincto protinus igne lapis:
Sic poſtquam cæca ſubierunt intima flammæ,
Narnus inextinctis ignibus eſca fuit.
Vt uerò Heſterie morientis lumina uidit,
Et lux, ut potuit, dixit, amica uale:
Tunc ſuper exanimes collabens protinus artus,
Exangui penitus corpore muta iacet.
Excita ſed poſtquam ſomno rediuiua reſedit
Heſterie, teneras perſecat ungue genas:
Et molles laniata comas, laniata papillas,

Tundebat

Tundebat gemina pectora nuda manu.
Mox ueluti trucibus Furijs agitata recurſat,
Taliaq́ ex imo pectore dicta dedit:
I nunc ſæue pater, præfer uirtutibus aurum,
Et Narno ingrati iugera pauca ſoli.
Crudeles ſuperi, crudelia fata, putatis
Heſterie hunc ipſum poſſe carere rogum?
Dixerat: & medios totam ſe iactat in ignes,
Accedens Paphiæ uictima grata Deæ.
Felices animæ, Elyſijs nunc ludite campis,
Hic ubi perpetuus uincula nectit Amor.

DE LYDE ET DEIPHOBO.

IMprobe Amor, crudelis Amor, quò ducis amãtes?
Quæ'ue tuus tandẽ præmia miles habet?
En rapuit mors unà duos crudelis amantes,
Quà clarum extollit Parma ſuperba caput.
Delicias Cytherea tuas, tua gaudia Lyden,
Deiphobum laudes magne Gradiue tuas.
Hæc ferro extinctum iuuenem dum credit, amoris
Impatiens, nimio preſſa dolore cadit:
Hic modò qui tulerat dubio in certamine palmam,
Vt uidit dominæ pallidus ora ſuæ,
Traiecto intrepidus per fortia pectora ferro
Interit, & uictor uictus amore perit.
Felices quos una dies demiſit ad umbras,

Vno eodemq́ dedit marmore poſſe tegi.
Vos patria indigno conſumptos funere fleuit,
Extulit & multis corpora cum lachrymis.
Felices animæ, quas mutua uincula iungunt,
Quas gemino æternùm uulnere nectit Amor.
Idem ille, infernos qua myrteus ambit amantes
Lucus, inextinctis ignibus ardet adhuc.
Fortunati ambo, Elyſijs decora addita campis:
Veſtra olim argutus nomina diſcet amans.

NAENIA IN MICHAELEM MArullum Tarchaniotam.

CAecina crudelis, rapido qui te improbus a-
Obruit, Auſonia culte Marulle lyra. (mne
Quid laudes ceciniſſe ducum, quid numina Diuûm
Profuit, aut tædas ſæue Cupido tuas?
Naides ingratæ, quæ uos ima antra ſub amne,
Qui fontes, quæ uos tunc tenuere moræ,
Infelix tumidas Vates quum lapſus in undas
Clamaret: Quis nunc ô mihi portet opem?
Parcite paſtores, armenta auertite ab amne:
Parcite, ne infamis detrahat unda greges.
Quos inſerta iuuet texiſſe nitentia flores,
Vos alibi dulces quærite Hamadryades:
Nec ripas circum ramis uiridantibus alni
Subijciant ſeſe, fronde nec huda ſalix.

Mox

Mox tamen eiectum ripa te ſuſtulit ulnis
Mnemoſyne, & ſacri ſedula turba chori:
Et poſitum lauri in ſylua, Lybethride in unda
Abluit, & triſtes reddidit exequias:
Et myrrha totum, & Syrio perduxit amomo,
Texit & oſtrina frigida membra toga:
Purpureosq́ ſuper flores, lachrymamq́ hyacinthi
Sparſit, & albenti lilia miſta roſa.
Hinc lauru Clio, hinc hedera Polyhymnia cingit,
Hinc Erato intexit myrtea ſerta comæ.
Aeternumq́ uale miſerabilis inſonat Echo,
Creſcit & è lachrymis Caſtalis unda nouis.
Ipſe chori pater affuſus cara oſcula figit,
Dulciaq́ aßiduis fletibus ora rigat:
Atq́ apio tumulum, & candenti uellere donat:
Signat & æternis funera carminibus.
Hic iacet & Phœbi dolor, et noua cura Marullus:
Maxima & hæc ſanctũ marmora numẽ habẽt.
Scilicet egregium Vatem mors abſtulit atra,
Et fuit inſanæ non leue crimen aquæ.
Vos illum celebrate pÿ toto orbe poetæ,
Fundite non parca plurima dona manu.
Fœlix ô, patria ingenÿs quem Græcia diues
Edidit, & clara nobilitate parens.
Fortunate iterum, Latio cui uita ſub axe
Contigit, & Latio carmine rarus honos.

Fortunate magis, tumuli quem Phœbus honore
Ornat, & extinctum Pieris ora tenet.
Iam totus terrarum orbis tua nomina dicit:
Totq; tuas laudes, tot monimenta legit.

IN CLASSEM TVRCArum Regis.

Soluitur infauſta ratis alite: te precor altæ
Arbiter Aeoliæ,
Carceribus dimitte Notum: da, cærula ponti
Eruat Auſonij.
Horrifer inſurgens Boreas, bacchatus ab Arcto
Tundat utrunq; latus.
O` deuota mari nauis, malè texta procellis
Diſſoluënda dabis.
Iam uideo turbata tuis præcordia nautis:
Iam pater Altitonans
In te tela tenet dextra: iam ſurgit ab imo
Gurgite acerbà tuens,
Armatus magna Neptunus cuſpide, & omnia
Agmina Nereidum.
Eripient non te fallax tua uota Lycaon:
Iam uenit illa dies,
Qua fœdam expires animam, correptus acutos
Turbine per ſcopulos,
Et tua cæruleis explebunt membra ſub undis

Piſcibus

Sentit & è radijs iam noua lucra tuis.
Indignans, pallensq́; atro ſeſe æquore condit:
Tantus in occulto tangit amore dolor.

IN LEONEM X. PONT. MAX.

Magne Parẽs, quo nil maius toto orbe reuiſit,
Qui cœlum ac terras, qui maria alta uidet:
En tibi ſeptenis aſſurgunt collibus arces,
Excipit & læto Martia Roma ſinu.
Te ſibi cæruleum in gremium Tiberina fluenta
Inuitant, flauas urna refundit aquas.
Tu modò felicis patriæ Pater ardua ſerus
Aſtra pete, haud cœlo eſt maxima Roma minor.

IN EVNDEM.

Sancte Parens, dũ frena tenes, dũ concutis orbem,
Et ſacri fines protegis imperij:
Et tibi ſubiectis utroq; à cardine terris,
Clara coronatis fama triumphat equis:
Bis ternos iamq́; aſtra tibi duodena per annos,
Lætus ab Eois Sol legit æquoribus:
Ambroſias iam pulchra dapes tibi porrigit Hebe,
Et tibi cœleſtes nectare miſcet aquas.
Viue Pater, Pater alme diu: tibi ſupplicat orbis,
Quo ſine iam didicit non bene poſſe regi.

IN PAVLVM III PONT. M.

Romani colles, ſubiectaq; collibus arua,
Quæ ſecat intortis Albula uorticibus,
Queis rerum monimenta ferunt per ſecula nomen,
Quà cœlum ac terræ, quà maria alta patent,
Ecquando fœcunda magis uos aura Fauoni
Nutrijt, & plena Copia larga manu?
Telluris ue ſinus tam raro nomine flores
Edidit, & rubro lilia miſta croco?
Scilicet id Pauli totum eſt, id Roma popoſcit,
A tam felici Præſide poſſe regi.

IN EVNDEM.

Tybri pater, fuluo ex auro tibi cornua cinge,
Lætior & puris labere uorticibus:
Solis ab occaſu celeber nam, Solis ab ortu,
Iam tuus æternùm ſidera tanget apex:
Et tibi poſt domitas utroq; ab littore gentes,
Summittet famulas Hebrus & Indus aquas:
Alter ab undecimo felix iam uoluitur annus,
Diſtinctis referens ſidera luminibus,
Quo Paulum triplici radiantem ſacra corona
Tempora pacato uidit ab axe dies.
Hoc duce iam Latium, & Romana potentia diſcet,
Inclyta Barbarico ponere iura foro.

Interea

Piſcibus ingluuiem:
Aut uolitans rauco mergus clangore cadauer
Littore paſcet iners.
Annue uota libens Deus æquoris: icta miniſtris
Corruet ante focos
Victima pro meritis: nec tu ſine honore manebis
Muneris Hippotade.

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. VII.

IN ELISAM.

Tempore quo primùm facies ſe lucida cœli
Exerit, et uario prata colore nitent:
Errabat mea uita uagi prope Tybridis undam,
Quà circũ uiridi flore renidet humus.
Hinc atq; hinc pictæ reſonant pia turba uolucres,
Daulias & denſis obſtrepit arboribus.
Aligeri exultant pueri plaudentibus alis,
Pro Venere hanc matrem iam ſibi quiſq; cupit.
Hic demum herboſo caput inclinata cubili,
Molliter exertum preſsit Eliſa latus.
Mox ſurgit, ſtrophioq; ſinus, & lactea colla
Pingit, & ornatam uerſicolore comam.
Dumq; comã Zephyris circum ſpirantibus auream

Sol uidet,obducto palluit ore Deus.
Hinc auro fulſere auræ,fulſere repentè
Prataq; & aurato fulſit ab amne Pater.
Cæleſtes dumq; illa oculos circum omnia uoluit,
Pro ſpinis uiolas terra beata tulit.
Quid tunc optarim tacitus mihi,dicat Apollo:
Dicat,qui noſtro pectore regnat Amor.

IN RHODON.

VT primũ,dilecta Rhodos pulcherrima Phœbo,
Carpathio fudit te Venus alma ſinu,
Riſit,& aßiduis permulcens pectora palmis,
Et reſouens blanda lactea colla manu,
Accipe,ait,mea cura,mei iam pignus amoris,
Hos crines,atq; hæc cingula picta Deæ:
His homines,his gnata Deos noua Cypria uinces:
His amor haud ullo tempore inermis erit.

IN CLYTIEN.

AVreus è roſeo quoties ſeſe æquore tollit
Phœbus,& Eois cuncta colorat equis:
Te Clytie ſtupet in terris pulcherrima Solem
Lucere,& ſubitus deijcit ora pudor:
Mox tamen inſano Solis Sol captus amore
Ardet,& inſolito lumine flamma uiget.
Te ſpectat,radios tete una in uirgine figit:

Sentit

Interea lætare tuo ſub principe Roma,
Et faciles uoti læta precare Deos:
Expoſcas, columen populorum humana tenere
Regna diu, & longo his tempore poſſe frui.

IN IVLIVM III. PONT. MAX.

Maxime terrarum Princeps, te ſoſpite Iuli,
Candida pacatus ſecula Mundus aget.
Ille Deus, qui te terris dedit alme regendis,
Terrarum per te iam leue ſentit onus.
Lætitia, plauſuq; fremit Romana iuuentus,
Magnaq; ſtat magnis hoſtia cœlitibus.
Te pater aurifero Tybris ueneratus ab alueo,
Cærula de patrijs ſuſtulit ora uadis.
Alternisq; canunt Tyberino ex aggere Nymphæ:
Roma recepta ſibi eſt, reddita Roma ſibi eſt.

AD CARPVM CARD. RO-dulfum Pium.

Poſt patriæ excidiũ, recidiuaq; pergama Troiæ,
Et magni fractas Laomedontis opes,
Aeneam Lycias ſortes & templa ſecutum,
Credidimus rebus conſuluiſſe ſuis:
Sic ego magne Pater maiorum exempla ſecutus,
Imploro auxilij numina ſancta tui.
Sic te tergemina radiantem ſacra corona,

Tempora

Tempora Romano ſpectet ab axe dies.
Affer opem, trepidoq́ manum protende natanti:
Huc ades ô uotis pro pietate tua.
Per te fulgentes liceat mihi tangere ramos,
Carpere & extenta lucida poma manu.
Tunc ego non aurum referam, ſed carmina Vates:
Tunc Pius, & uerè tu mihi Carpus eris.

IN AGELLVM RODVLFI Pij Carpi Card.

D*Vlcis ager, dulci florens uiticula Baccho,*
Sed mage de Domini nomine grata tui:
Vos Liber, uos flaua Ceres deſpectat ab alto,
Et Pomona ſua pulchra coronat ope.
Pegaſidas, Phœbumq́ ſimul, Nymphasq́ ſorores,
Credibile eſt docta uos coluiſſe manu:
Et riguos duxiſſe nouo de fonte liquores,
Sæpe etiam iunctis concelebraſſe choris:
Vos dulcis Rodulfius habet: cui purpura crines
Integit, & ſacram donat Apollo lyram.
Tempus erit, quum uos Domini ſub numine læta
Roma colat magnis maxima muneribus.

IN BERNARDINVM Maſæum Card.

P*Vrpurea ſpectande toga, ſpectande galero,*
Et Vaticani maxima cura Iouis:

Muſarum

Muſarum te docta cohors, te doctus Apollo,
Aoniumq́; ſibi uendicat omne nemus.
Te uirtus, te cana fides ſe iactat alumno,
Et gaudet titulis Roma ſuperba tuis.
Terrarum princeps per tanta negotia Iulus,
Aſsiduum ſancto detinet officio:
Et maiora tuæ ſpondent tibi præmia uitæ,
O` decus, ô patriæ cura Maſæe tuæ.

IN LOISIVM CORNELIVM Cardinalem.

Corneli Pater, Adriacis quē magnus in oris
Edidit, & Veneta clarus in urbe pater,
Purpureos iam Roma tibi largitur honores,
Ornat & in toto Maximus orbe pater.
Et tibi littoreis reſonat uagus Adria ſyluis,
Et tibi cæleſtes Albula ſundit aquas:
Nimirum maiora parant cui munera Diui,
Aurea cui uoluunt iam noua penſa Deæ.

IN MICHAELEM ANGELVM Bonarotium.

Qvæ linguæ, quæ'ue ora tuum clariſsime terris,
Quæ'ue manus, uel qua charta loquatur opus?
Spirantes ſeu fortè uelis de marmore uultus
Fingere, ſeu docta molliter æra manu:

Seu

Senſerunt Paphias ruſtica corda faces.
Inq́ dies ardor gliſcit, rigidosq́ per artus
Errat, & in medio pectore flamma furit.
Nam modò ſuſpirat miſtum candore ruborem,
Et modò luminibus lumina grata ſuis:
Iam thalamos fingit, iam caræ munera nuptæ
Præparat, atq́ animo ſpemq́ metumq́ fouet.
Nec minus infauſtos uirgo nutribat amores,
Ardebantq́ una pectora bina face.
Illa ſibi hunc unum fingitq́, optatq́ maritum,
Nec ſibi quàm Narnum malit habere Iouem.
At pater innuptæ tangit quem cura puellæ,
Vt uiſa eſt auctis nubilis huberibus,
Hanc ſpondet Mopſo, ſeptem cui pinguia ſyluæ
Iugera: & anguſtæ iunctus ager caſulæ.
Vtq́ domum rediјt: flauos mea filia crines
Come, ait, & uerna tempora cinge roſa.
Deſponſa es Mopſo, diti cui plurima ſylua
Frondet, & in ſeptis plurima balat ouis.
Erubuit: certo nec conſtitit illa colore,
Dicere ſed contra nil tamen auſa patrem.
Nec mora, quum ſertis longos redimita capillos
Egreditur, feſta limina fronde uirent.
Iamq́ & Mopſus adeſt, feſtosq́ Hymenæō ad ignes
Multifori loto tibia læta canit.
Iam ducunt iuuenes choreas, iunctæq́ puellæ:

Spar-

Sparguntur pueris myſtica dona nuces.
At miſer auferri ſibi ne ſua gaudia cernat
Narnus, inhumanos iam parat ire Getas.
Ah nimis infelix, ſi quem temerarius odit
Ille, ipſos cogit qui iuga ferre Deos.
Dum fugit, Heſterien ſolam miſer inuenit: & ne
Non pereat, renouat uulnera ſæuus Amor.
Iunxerunt pariter dextras, lachrymisq; profuſis
Occluſum in medio eſt pectore uocis iter.
Tum qui nolenti nuper defluxerat humor,
Subſtitit: inuaſit pectoris ima dolor.
Non ſecus obriguit, quàm quum Sipyleia mater
Inter tot miſera eſt funera facta lapis.
Vixq; domũ Heſteries lachrymis, precibusq; parẽtis
Ductus, in agreſtes corruit ille toros.
Faſtiditq; dapes, & ſi quid fortè ſalutem
Ferre queat: patris nil ualuere preces.
Non hic Phyllíride, non hic tua cura Melampu,
Nec proſunt artes docta Cytæi tuæ.
Non ipſa Heſterie, tanto quæ exterrita caſu
Venerat, ut, ſi qua ſors pote, ferret opem.
Vocibus illa quidem blandis lenire dolorem
Nititur, innumeris officioſa modis.
Ipſa ſua ponit condita cibaria cura,
Ipſa ſua miſcet dulcia uina manu.
Ille mori certus, non tantum uina repellit;

Atq; cibos: gelidam ſed neq; guſtat aquam.
Peruigil inſomnes ducit noctesq; diesq;,
Sentit & extremum iam ſibi adeſſe diem.
Heſteriæ aſpectu morientia lumina paſcit:
Heſteriam nutus, lumina, labra uocant.
Hæc modò contrectat dextram, modò brachia collo
Subijcit, & longa ſuſtinet uſq; mora.
Aſſidet interdum, blandisq; arridet ocellis,
Non longas ſpondens fors in amore moras.
Sed quæ debuerant flammam extinxiſſe furentem,
Ignibus inſanis hæc alimenta dabant.
Quarta dies aderat, nec erat ſpes ulla ſalutis:
Illa tamen ſpretas admouet uſq; dapes.
Nil ille: occulto ſed tantum exuritur igne,
Quàm pulſa ingenti Sicelis Aetna Noto.
Ac ueluti Arcadius correpta in fomite flamma
Ardet inextincto protinus igne lapis:
Sic poſtquam cæcæ ſubierunt intima flammæ,
Narnus inextinctis ignibus eſca fuit.
Vt uerò Heſterie morientis lumina uidit,
Et lux, ut potuit, dixit, amica uale:
Tunc ſuper exanimes collabens protinus artus,
Exangui penitus corpore muta iacet.
Excita ſed poſtquam ſomno rediuiua reſedit
Heſterie, teneras perſecat ungue genas:
Et molles laniata comas, laniata papillas,

Tundebat

Tundebat gemina pectora nuda manu.
Mox ueluti trucibus Furijs agitata recurſat,
Taliaq; ex imo pectore dicta dedit:
I nunc ſæue pater, præfer uirtutibus aurum,
Et Narno ingrati iugera pauca ſoli.
Crudeles ſuperi, crudelia fata, putatis
Heſterie hunc ipſum poſſe carere rogum?
Dixerat: & medios totam ſe iactat in ignes,
Accedens Paphiæ uictima grata Deæ.
Felices animæ, Elyſijs nunc ludite campis,
Hic ubi perpetuus uincula nectit Amor.

DE LYDE ET DEIPHOBO.

IMprobe Amor, crudelis Amor, quò ducis amātes?
Quæ'ue tuus tandē præmia miles habet?
En rapuit mors unà duos crudelis amantes,
Quà clarum extollit Parma ſuperba caput.
Delicias Cytherea tuas, tua gaudia Lyden,
Deiphobum laudes magne Gradiue tuas.
Hæc ferro extinctum iuuenem dum credit, amoris
Impatiens, nimio preſſa dolore cadit:
Hic modò qui tulerat dubio in certamine palmam,
Vt uidit dominæ pallidus ora ſuæ,
Traiecto intrepidus per fortia pectora ferro
Interit, & uictor uictus amore perit.
Felices quos una dies demiſit ad umbras,

Vno eodemq́; dedit marmore poſſe tegi.
Vos patria indigno conſumptos funere fleuit,
Extulit & multis corpora cum lachrymis.
Felices animæ, quas mutua uincula iungunt,
Quas gemino æternùm uulnere nectit Amor.
Idem ille, infernos qua myrteus ambit amantes
Lucus, inextinctis ignibus ardet adhuc.
Fortunati ambo, Elyſijs decora addita campis:
Veſtra olim argutus nomina diſcet amans.

NAENIA IN MICHAELEM MArullum Tarchaniotam.

CAecina crudelis, rapido qui te improbus amne
Obruit, Auſonia culte Marulle lyra.
Quid laudes ceciniſſe ducum, quid numina Diuûm
Profuit, aut tædas ſæue Cupido tuas?
Naides ingratæ, quæ uos ima antra ſub amne,
Qui fontes, quæ uos tunc tenuere moræ,
Infelix tumidas Vates quum lapſus in undas
Clamaret: Quis nunc ô mihi portet opem?
Parcite paſtores, armenta auertite ab amne:
Parcite, ne infamis detrahat unda greges.
Quos in ſerta iuuet texiſſe nitentia flores,
Vos alibi dulces quærite Hamadryades:
Nec ripas circum ramis uiridantibus alni
Subijciant ſeſe, fronde nec huda ſalix.

Mox

Mox tamen eiectum ripa te ſuſtulit ulnis
Mnemoſyne, & ſacri ſedula turba chori:
Et poſitum lauri in ſylua, Lybethride in unda
Abluit, & triſtes reddidit exequias:
Et myrrha totum, & Syrio perduxit amomo,
Texit & oſtrina frigida membra toga:
Purpureosq́ ſuper flores, lachrymamq́ hyacinthi
Sparſit, & albenti lilia miſta roſa.
Hinc lauru Clio, hinc hedera Polyhymnia cingit,
Hinc Erato intexit myrtea ſerta comæ.
Aeternumq́ uale miſerabilis inſonat Echo,
Creſcit & è lachrymis Caſtalis unda nouis.
Ipſe chori pater affuſus cara oſcula figit,
Dulciaq́ aſsiduis fletibus ora rigat:
Atq; apio tumulum, & candenti uellere donat:
Signat & æternis funera carminibus.
Hic iacet & Phœbi dolor, et noua cura Marullus:
Maxima & hæc ſanctũ marmora numẽ habẽt.
Scilicet ęgregium Vatem mors abſtulit atra,
Et fuit inſanæ non leue crimen aquæ.
Vos illum celebrate pij toto orbe poetæ,
Fundite non parca plurima dona manu.
Fœlix ô, patria ingenijs quem Græcia diues
Edidit, & clara nobilitate parens.
Fortunate iterum, Latio cui uita ſub axe
Contigit, & Latio carmine rarus honos.

Sentit & è radijs iam noua lucra tuis.
Indignans, pallensq́; atro ſeſe æquore condit:
Tantus in occulto tangit amore dolor.

IN LEONEM X. PONT. MAX.

Magne Parẽs, quo nil maius toto orbe reuiſit,
Qui cœlum ac terras, qui maria alta uidet:
En tibi ſeptenis aſſurgunt collibus arces,
Excipit & læto Martia Roma ſinu.
Te ſibi cœruleum in gremium Tiberina fluenta
Inuitant, flauas urna refundit aquas.
Tu modò felicis patriæ Pater ardua ſerus
Aſtra pete, haud cœlo eſt maxima Roma minor.

IN EVNDEM.

Sancte Parens, dũ frena tenes, dũ concutis orbem,
Et ſacri fines protegis imperij:
Et tibi ſubiectis utroq; à cardine terris,
Clara coronatis fama triumphat equis:
Bis ternos iamq́; aſtra tibi duodena per annos,
Lætus ab Eois Sol legit æquoribus:
Ambroſias iam pulchra dapes tibi porrigit Hebe,
Et tibi cœleſtes nectare miſcet aquas.
Viue Pater, Pater alme diu: tibi ſupplicat orbis,
Quo ſine iam didicit non bene poſſe regi.

IN PAVLVM III PONT. M.

ROmani colles, ſubiectaq; collibus arua,
Quæ ſecat intortis Albula uorticibus,
Queis rerum monimenta ferunt per ſecula nomen,
Quà cœlum ac terræ, quà maria alta patent,
Ecquando fœcunda magis uos aura Fauoni
Nutrijt, & plena Copia larga manu?
Telluris' ue ſinus tam raro nomine flores
Edidit, & rubro lilia miſta croco?
Scilicet id Pauli totum eſt, id Roma popoſcit,
A` tam felici Præſide poſſe regi.

IN EVNDEM.

TYbri pater, fuluo ex auro tibi cornua cinge,
Lætior & puris labere uorticibus:
Solis ab occaſu celeber nam, Solis ab ortu,
Iam tuus æternùm ſidera tanget apex:
Et tibi poſt domitas utroq; ab littore gentes,
Summittet famulas Hebrus & Indus aquas:
Alter ab undecimo felix iam uoluitur annus,
Diſtinctis referens ſidera luminibus,
Quo Paulum triplici radiantem ſacra corona
Tempora pacato uidit ab axe dies.
Hoc duce iam Latium, & Romana potentia diſcet,
Inclyta Barbarico ponere iura foro.

Piſcibus ingluuiem:
Aut uolitans rauco mergus clangore cadauer
Littore paſcet iners.
Annue uota libens Deus æquoris: icta miniſtris
Corruet ante focos
Victima pro meritis: nec tu ſine honore manebis
Muneris Hippotade.

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. VII.

IN ELISAM.

TEmpore quo primùm facies ſe lucida cæli
Exerit, et uario prata colore nitent:
Errabat mea uita uagi prope Tybridis undam,
Quà circũ uiridi flore renidet humus.
Hinc atq; hinc pictæ reſonant pia turba uolucres,
Daulias & denſis obſtrepit arboribus.
Aligeri exultant pueri plaudentibus alis,
Pro Venere hanc matrem iam ſibi quiſq; cupit.
Hic demum herboſo caput inclinata cubili,
Molliter exertum preßit Eliſa latus.
Mox ſurgit, ſtrophiōq; ſinus, & lactea colla
Pingit, & ornatam uerſicolore comam.
Dumq; comã Zephyris circum ſpirantibus auream

Interea lætare tuo ſub principe Roma,
Et faciles uoti læta precare Deos:
Expoſcas, columen populorum humana tenere
Regna diu, & longo his tempore poſſe frui.

IN IVLIVM III. PONT. MAX.

MAxime terrarum Princeps, te ſoſpite Iuli,
Candida pacatus ſecula Mundus aget.
Ille Deus, qui te terris dedit alme regendis,
Terrarum per te iam leue ſentit onus.
Lætitia, plauſuq́ fremit Romana iuuentus,
Magnaq́ ſtat magnis hoſtia cælitibus.
Te pater aurifero Tybris ueneratus ab alueo,
Cærula de patrÿs ſuſtulit ora uadis.
Alternisq́ canunt Tyberino ex aggere Nymphæ:
Roma recepta ſibi eſt, reddita Roma ſibi eſt.

AD CARPVM CARD. RO-dulfum Pium.

POſt patriæ excidiũ, recidiuaq́ pergama Troiæ,
Et magni fractas Laomedontis opes,
Aeneam Lycias ſortes & templa ſecutum,
Credidimus rebus conſuluiſſe ſuis:
Sic ego magne Pater maiorum exempla ſecutus,
Imploro auxilÿ numina ſancta tui.
Sic te tergemina radiantem ſacra corona,

Tempora

Tempora Romano ſpectet ab axe dies.
Affer opem, trepidoq́; manum protende natanti:
Huc ades ô uotis pro pietate tua.
Per te fulgentes liceat mihi tangere ramos,
Carpere & extenta lucida poma manu.
Tunc ego non aurum referam, ſed carmina Vates:
Tunc Pius, & uerè tu mihi Carpus eris.

IN AGELLVM RODVLFI Pij Carpi Card.

DVlcis ager, dulci florens uiticula Baccho,
Sed mage de Domini nomine grata tui:
Vos Liber, uos flaua Ceres deſpectat ab alto,
Et Pomona ſua pulchra coronat ope.
Pegaſidas, Phœbumq́; ſimul, Nymphasq́; ſorores,
Credibile eſt docta uos coluiſſe manu:
Et riguos duxiſſe nouo de fonte liquores,
Sæpe etiam iunctis concelebraſſe choris:
Vos dulcis Rodulfus habet: cui purpura crines
Integit, & ſacram donat Apollo lyram.
Tempus erit, quum uos Domini ſub numine læta
Roma colat magnis maxima muneribus.

IN BERNARDINVM Maſæum Card.

PVrpurea ſpectande toga, ſpectande galero,
Et Vaticani maxima cura Iouis:

Muſarum te docta cohors, te doctus Apollo,
Aoniumq́; ſibi uendicat omne nemus.
Te uirtus, te cana fides ſe iactat alumno,
Et gaudet titulis Roma ſuperba tuis.
Terrarum princeps per tanta negotia Iulus,
Aſsiduum ſancto detinet officio:
Et maiora tuæ ſpondent tibi præmia uitæ,
O' decus, ó patriæ cura Maſæe tuæ.

IN LOISIVM CORNELIVM Cardinalem.

Corneli Pater, Adriacis quē magnus in oris
Edidit, & Veneta clarus in urbe pater,
Purpureos iam Roma tibi largitur honores,
Ornat & in toto Maximus orbe pater.
Et tibi littoreis reſonat uagus Adria ſyluis,
Et tibi cœleſtes Albula fundit aquas:
Nimirum maiora parant cui munera Diui,
Aurea cui uoluunt iam noua penſa Deæ.

IN MICHAELEM ANGELVM Bonarotium.

Qvæ linguæ, quæ'ue ora tuum clariſsime terris,
Quæ'ue manus, uel quæ charta loquatur opus?
Spirantes ſeu fortè uelis de marmore uultus
Fingere, ſeu docta molliter æra manu:

Seū uario diſtincta refers noua ſigna colore,
Siue oculos pictis fallis imaginibus:
Praxitelis tibi ſigna boni, tibi ſigna Myronis,
Cedat Apellea Cypria picta manu.
Te cœlum, te terra nouis expreſſa figuris,
Perpetuum tollent, perpetuumq́; canent.

IN SENATOREM ROM.

Vir Iouis ipſe locū magni tenet: inclyta cōiux
Iunonis ſpeciem, & ſceptra ſuperba gerit.
Dignus uterq; loco Capitoli: dignus uterq;
Et cœlo ac terris proximus eſſe Ioui.
Hos celebrat, poſcitq́; ſibi pulcherrima Roma,
Tybris & elato ſpectat ab amne Pater.

IN GENTILEM DELPHINVM.

Svppoſito quondam ſeruauit Ariona dorſo,
Et charam Delphin pertulit in patriam:
Tu nunc clara tuæ monimenta abſcondita Romæ
Pandis, & è uaſtis eruis aggeribus:
Et quæcunq; ſitus, quæcunq; annoſa uetuſtas
Obruit, inſolita tollis ad aſtra uia.
Vt meritò Delphine queam tibi dicere: Debes
Quàm Patriæ, tantum patria Roma tibi.

IN

IN EVNDEM.

DVm pulchros populi faſces, rigidasq́ ſecu-
Luſtraq́ ſub priſcis cõdita Cõſulibus, (res,
Cenſoresq́ grauis, Romanorumq́ triumphos,
Sacraq́ Tarpeio parta trophæa Ioui,
Colligis, & patris ſpectanda in rupe Feretri
Erigis, & patriæ conſulis hiſtoriæ:
Per te iterum Delphine ſuas tua Roma ſecures
Spectat, & inuicta regna ſubacta manu:
Teq́ Patrem patriæ alma ſuum iam Roma ſalutat,
Et tua uictrici tempora fronde tegit.

IN ROMAM, ET C. IVLIVM Cæſarem.

PRoſpice quà reſidet tellus, quaq́ alluit æquor,
Quaq́ cadit Titan, quaq́ reſurgit aquis:
Sub Boream cõuerte oculos, cõuerte ſub Auſtrum:
Terra nihil, dices, clarius Vrbe tenes.
Suſpice ſeptenos colles, tecta inclyta Romæ,
Totq́ uirûm titulos, tot monimenta Ducum:
Inter mille tibi partos regina triumphos
Roma nihil, dices, Cæſare maius habes.

IN M. T. CICERONEM.

QUis te magne parẽs patriæ, quis gloria fandi
Explicet? aut ſcriptis æquiparare queat?
Viuis

Viuis adhuc, ſperanſq; tui de marmore uultus:
Viuis, & eloquio magnus in orbe tonas.
Dum regnum, dumq; orbis erit, dum copia fandi,
Rex eris, & quiuis te Cicerone minor.

IN P. VIRGILIVM MARONEM.

FElices cycni, qui mollia prata tenetis,
Mincius inflexis qua rigat amnis aquis:
Iam ueſtri generis cycnum formoſus Apollo
Nutrijt, & blando Calliopea ſinu:
Purpureis qui ueſtra ferat ſuper æthera pennis
Nomina, perpetuo quà nitet axe polus;
Ipſe Meletæum qui gutture uincat olorem,
Siue Caice tuum, ſiue Cayſtre tuum.
Felix Parthenope, felix placidiſsima Siren,
Nunc tecum alterna carmina uoce canit:
Nunc recubat, gremioq; tuo diuellier unquam
Haud potis, æternus dum requieſcit olor.

IN CITHARAM VIRGILII.

AVguſte inſignẽ citharã, tua gaudia Cæſar,
Troia tuas laudes, maxima Roma tuas,
Vt primùm Tyberine tua, & Sebethide ripa
Tityron, & ſegetes dixit, & arma uirûm,
Ipſe chori princeps lauro ſuſpendit amatæ,
Qua leuis Aonium perſtrepit aura nemus:

Pieridum

Pieridum quà culta rigant Permeſſides undæ,
Aureaq́; in folijs hæc monimenta dedit:
Hanc ego Virgilij citharam, mea munera Phœbus
Suſpendi, ſolis cognita cœlitibus.

IN THERMAS NERONIANAS.

MArmora quot, totidem oſſa uides Romane uiator:
Pauperis hæ lacrymæ, quas ſimul antra uomũt.
Impie quas pœnas ſolues Nero, quæ ue ſuperſunt
Supplicia, has lachrymas pendet acerba ſitis:
Immerſus Phlegethonte uorax, & ſulphure uiuo
Perpetuò exuſtus oſſibus oſſa lues.

IN IOANNEM IOVIANVM Pontanum.

AVrea Pierio texentem carmina filo
Pontanum ad doctæ Parthenopes tumulum,
Vt primum Pindo longè atq; Helicone relicto
Audijt arrecta Cynthius aure Deus:
Vicisti Pontane, inquit, mea numina: cedat
Iam tibi & Eous, cedat & Heſperius.

TVMVLVS GABRIELIS Altilij.

MInciade in ripa ueteris prope mœnia Mantuæ
Errat, et in Tuſco cõcinit umbra lacu:
Dum canit, argutos cantus imitatur oloris,

P Dulcius

Dulcius extremum dum canit ante diem.
Scilicet Altilij poſt funera dulcis imago
Nunc repetit patriæ limina cara ſua:
Nunc tumulum inuiſit magni prope buſta Maronis,
Sebethus placidis quà fluit amnis aquis.
Talis Perſephone, talis Ledæa propago,
Alternis ſuperas itq; reditq; uias.

TVMVLVS ACTII SINCERI Sannazàrij

HAs naßas, hæc lina tibi Sincere ſepulto,
Piſcator tenui dedicat arte Mycon.
Hos calamos, myrtumq; tibi, uiridemq; coronam
Arcadia paſtor ponit ab arte Lycon.
Has lachrymas, uulſamq; à uertice Mergillina
Cæſariem, & uiolas ſpargit, & ammineum.
Parthenope patria ipſa tibi de marmore buſtum
Condit, & extentis funera temporibus.
Quid moror? æterni te ſuſpicit umbra Maronis,
Et tibi uicinum donat habere locum.

TVMVLVS ANDREAE Naugerij.

NAugeri, tibi Nereides ſtatuere ſepulchrum
Aequoris Adriaci quà leuis unda ſilet.
Quà ſolitæ in numerũ, numeros dum pectine ducis,
Concinere, & uirides ducere ſæpe choros,

Et

Et Doris tumulo conchas, & lucida texit
Coralia, & placidis marmora lambit aquis.
Ipſe etiam circum affuſis pater Adria lymphis
Ingemit, & mœſtum littora murmur habent.
Parua loquor: te te amiſſo dolet Itala uirtus,
Mœret & in fractis Faunus arundinibus.

IN M. ANTONIVM FLAMINIVM.

IMparibus ludit numeris dum carmina doctus
Flaminius, Lyricis ſoluit & ora modis,
Obſtupuere undæ Libethrides: audijt ipſe
Pieridum rector, Pieridumq́ chorus.
Et dixit: Mea progenies, mea munera & artes
Do tibi, Muſarum ſceptra ſecunda geres.

IN EVNDEM.

MIraris quicunq; mei noua carmina lector
Flaminij, & Phœbo digna canente putas:
Quid faceres, ſi nota tibi probitasq́ pudorq́,
Qualis Saturno regna tenente fuit?
Hunc reſonat Romana cauis è collibus Echo,
Et Vaticani Numinis aura fouet.

IN M. HIERONYMVM VIDAM.

VIda pater, cui ſe ipſa uolens debere fatetur
Gloria, & immenſum dædala texit opus.

Scribis, quæ recinãt patriæ prope flumina Nymphæ,
Nec cedant priſcis carmina temporibus:
Te ſyluæ, te rura colunt: te candida Nice,
Daphnis & arguto cum Corydone canit.
Nec Scacchis, nec clara ſilet tua nomina Bombyx,
Iamq; nouum Vatem doctus ab arte facis.
Mox plectro grauiore ſonas præconia Diuûm,
Condis & æternis carmina cœlitibus.
Parua loquor: dum bis genitum deducis Olympo
Cœlicolûm regem, dum ſuper aſtra locas:
Cœlicolæ applaudunt cantanti, arridet Olympus,
Et tibi Diuini muneris aura fauet.
Scilicet hæc tibi palma ſacris quæſita Camœnis,
Nobilis inuictum tollit in aſtra caput.

IN HIERONYMVM FRAcaſtorium.

FRaſtori uenerande, Deûm te munere gaudet
Italia, & Graium prouocat omne decus.
Mirantem te perſpicuo deduxit Olympo
Vranie, & cœli ſidera noſſe dedit.
Teq; repertor opis medicæ, te carminis auctor
Perdocuit, lauri quà leuis umbra cadit.
Hinc doctus cœliq; uias, cauſasq; latentes
Excutis, atq; omni membra dolore leuas.
Hinc Siphilim deuectam alio de cardine mundi

Concinis Auſonia conſpiciende lyra.
Cantantem ſtupuere umbræ, maneſq; Catulli:
Benacus placidis extulit ora uadis.
Ipſe Atheſis circum ripis mirantibus hæſit,
Attonitæ circum conticuiſtis aues.
Fraſtori uenerande, tuum per ſæcula nomen
Proferet immenſo quæ uolat orbe Dea.

AD LAVRENTIVM Gambaram.

LAurenti, uita ipſa, oculis mihi charior ipſis,
Cui ſacer ipſe chorus laurea ſerta dedit:
Nunc tu ſiue canis Phrygy paſtoris amores,
Siue tuo Boreas carmine Pityn amat:
Cymothoenq; uagus ſequitur per cærula Triton,
Orionq; altis concidit æquoribus:
Siue feros magno ore ſonas in bella Gigantes,
Horridaq; inuicto fulmina miſſa Ioue:
Linque precor glaciale ſolum, quà turbidus Iſter
Horret, & incanis Barbara terra iugis.
Iam tibi Laurentes concordi numine Nymphæ,
Et Tybris Vati maxima dona parant.

AD EVNDEM.

LAurenti, pomoſa colis dum Tiburis arua,
Scribis Apollinea carmina digna lyra,
Dum canis & nautas, Xantippi & triſtia fata,

Dum Mopſum abſentem dulcia ad arua uocas:
Venator dum lina docet diſponere Theron,
Sectari & celeres per iuga longa feras:
Leucothoæ diuina Venus dum lumina reddit,
Pierias uena diuite fundis opes.
Dumq; Elegis fontem celebras, quem magnus Iulus
Edidit, & uarum ſurgere iuſsit opus:
Hic ubi læta capit ſomnos Laurentia Leuce,
Hic ubi uirgineus temperat ora liquor.
Et cum principibus uerſaris culte Latini
Carminis, & dulci paſceris ambroſia:
Dum ſyluas, dum rura legis, dum Martia bella:
Dum Nemeſis, & dum Delia in ore ſonat:
Felix cui uiridem lauru myrtoq; coronam
Pierides, texunt, Pieridumq; pater.

IN HIERONYMVM ET IOANnem Baptiſtam Amaltheos.

EGregij fratres, queis Iulia terra ſuperbit,
Meſulus irriguis quam lauit uber aquis:
Vos nutrix dilecta Iouis Libethrida ad undam
Pauit, & expreſsis nutrijt uberibus:
Et nomen cum lacte dedit. mox docta Thalia
Inſpirat doctis munera pectoribus:
Et lauru, myrtoq; ſimul, grauibusq; corymbis
Ornat, & arguta pulcher Apollo lyra.

Vos

Vos uatum ſtudioſa cohors, uos inclyta uirtus
Attollet, priſcis æmula temporibus.

IN FRANCISCVM STELLAM.

Dicite Mnemoſynes clarũ genus, ô bona Muſæ
Numina, & ô uotis non aliena meis,
Quis nouus hic uobis fulgor micat? aut modò ue-
Vnde chorus Stella lucidiore nitet? (ſter
Stella recens exorta, polo delapſa Britano,
Splendidior ſemper, ſplendidiorq́; nitet.
Digna polo regnare, ſuo quam candida curru
Lux uehat, ambroſio detineatq́; ſinu:
Digna canat cui mille modos, cui carmina mille
Phœbus, & Aonij turba nouena chori.

IN HIPPOLYTVM Saluianum.

Dum Coi monimẽta ſenis, dũ ſcripta Galeni
Excutis, & media clarus in urbe doces:
Aſſurgunt tibi Phillyrides, doctusq́; Machaon,
Quosq́; capit cultis Græcia carminibus:
Et te credibile eſt Phœbo didiciſſe magiſtro,
Quin etiam Phœbo te genitore ſatum.
Dum uarias pelagi pecudes, Neptunia monſtra
Pandis, & appoſito quæq; colore refers:
Aſſurgunt tibi Nereides, magnusq́; Palæmon,

Quæq; ſedent lætis numina littoribus:
Et te credibile eſt Proteo didiciſſe magiſtro,
Quin etiam Proteo te genitore ſatum.
Sic te Roma colit, ſic Phœbus ſpectat ab alto,
Sic Proteus ſummis proſpicit æquoribus.

IN LYDIVM INFANTEM.

LVderet in uiridi dum ceſpite Lydius infans
Propter aquã, ah pietas, ictus ab angue cadit.
Infelix mater natum eſt complexa iacentem:
Occidit angue puer, uicta dolore parens.

TVMVLVS MARCII Columnæ.

HVnc tumulũ tibi mi cõiunx dulciſſime Marci,
Liuia ad æternas conſtitui lachrymas.
Nec tecum meà uita mori, ſed ſola manere,
Sed uolui in longa uiuere triſtitia:
Vt raram ſeruaſſe fidem, caſtumq; cubile
Me ſciat extento tempore poſteritas.
Atq; ubi me Elyſijs ſociarint numina campis,
Noſtra ibi perpetuus uincula nectet amor.

TVMVLVS SYLVII.

HVnc tumulũ tibi pro thalamo fecere parẽtes
Sylui, & perpetuis funera cum lachrymis.
Laberis infelix, primoq; extingueris æuo,

Et roſeo indignam ſanguine tingis humum.
Rarus honos, quod Roma parens, quòd Roma ſepul
Quòd deſiderium non pote ferre tui. (chrum,

IN EXTERAS GENTES.

Mars pater Auſonias ſtimulãs in bella pha
langes,
Externo Heſperiam ſanguine tinxit humum:
Atq; haſtam, clypeumq; ſimul, criſtasq; comantes
Ter quatiens, forti ter pede preſſit humum.
Inde altum uicta extollens de gente trophæum,
Deſcripta in ſpolijs hæc monimenta dedit:
Fatales Latij quicunq; inuaſerit agros,
In ſua ſe poſthac ire ſepulchra ſciat.

IN CAPELLAM.

Fortè ſub Herculei rapido feruore Leonis
Mi urebat miſerum febris anhela iecur:
Nec poterat tantos contra obuius ire calores,
Qui medicæ expertam nouerat artis opem:
Lac mihi candenti quũ preſſum ex hubere capræ,
Arentem ſicco depulit ore ſitim.
Ipſa quidem longum uiuat: ſed ſi tamen illi
Intulerit rapidas mors uiolenta manus,
Immutata nouum ſeſe applicet orbibus aſtrum
Quà uia conſpicuum Lactea pandit iter:

Quumq́ fatiſcentes exuret Sirius agros,
Oppoſitas largè hæc roſcida fundat aquas.
Turpe erit in cœlo tot monſtra errare, ferasq́:
Et placidæ huic aliquem non patuiſſe locum.

IN AMYNTAM.

ITe meæ, mecum ite meæ mea cura capellæ
Ad caulas, quas nunc pulchra Lycoris habet:
Hic ubi pubentem cytiſum, dumosq́ rubentes
Sufficiet largo terra benigna ſinu:
Et ueſcas uicina dabunt caua flumina frondes,
Carpetis teneras mane rubente roſas.
Illic denſa graues arcent umbracula ſoles,
Illic perpetuo uere renidet humus.
Sic ait, & primi cum lumine Solis Amyntas
Compulit errantes ad noua tecta greges.

IN IOANNEM BAPTISTAM Samſonem.

QValis ad ætherij concentum temperat axis
Phœbus inauratæ mollia fila lyræ:
Cæleſtesq́ animos cæleſti carmine mulcet,
Ipſaq́ non ſolitas ſidera agunt choreas:
Talis & Aoniæ teſtudinis aurea fila
Tractat, & arguto pectine pulſat ebur,
Mortalesq́ animos diuino carmine tangit

Ille

Ille tuum fidicen Sicelis ora decus.
Veſtrum opus ô Muſæ, ueſtra hæc ingentia dona
Tollite, & æternis iungite ſideribus.
Hanc ſociam ſtellata Fidis ſibi poſcit Olympo,
Hanc comitē Arcitenens optat habere chelyn.

IN IOANNEM THOMAM Cimellum.

TE ruris Cimelle pater noua carmina Diui,
Et paſtorales perdocuere Deæ:
Quæ repetat, dum miſta canit meſſoribus Aegle,
Theſtylis & medio dum metit arua die:
Aut, quum læta madet plenis uindemia labris,
Villica dilecto cum Corydone Melis:
Vel, quum poma legit pendenti ex arbore Thyrſis,
Concinat arguto blanda Nigella ſono:
Siue greges dum paſcit amans conualle ſub alta
Phyllis, & errantes Alpheſibæus oues.
Auguror, agricolis quondam ſociabere Diuis,
Et tua paſtores numina magna colent:
Quà gelidis Fibrenus aquis loca roſcida lambit,
Lyris & Etruſcis mergitur æquoribus.
Et tua corticibus deſcribent nomina Nymphæ,
Siue tuis ilex, populeſiue tuis.
Cantabuntq́ tuas alterno carmine laudes
Naias, & facili ruſtica turba pede.

Et tibi flaua Ceres ſpicis, & uitibus Euan,
Et Pomona nouis fœtibus alma caput,
Paſtorumq́ Deus pinus præcinget amata,
Candidaq́ è molli uellere ſerta feret:
Queis cupiat uelare ſibi uaga Cynthia cornu,
Dum tenet innumeris Endymiona modis.

V I S V M.

QVà Tyrrhena uagus deſcendit in æquora Thybris,
Et tremulas inter frondes immurmurat aura:
Virgineus quà fonte liquor caua marmora lambit,
Atq; operoſa rigat crepitantibus humida lymphis
Antra, pater terrarum orbis quæ ſtruxit Iulus,
Delicias Roma alma tuas, decora alta Quiritum:
Hic ego non certis manibus languentia nixus
Tempora, & irriguo deuinctus membra ſopore,
Necdum manè rubens roſeos Aurora colores
Induerat, tremulisq́ Oriens radiabat in undis,
In ſomnis Turrim ingentem ſpectare uidebar,
Quæ rutilo fulgore micans ſurgebat ad auras,
Quà medio rubicunda die Sol aureus ora
Exerit, & tepidis ſtridens Notus euolat alis.
Circunſtant agri, uiridis color omnibus agris:
Nec tamen eſt idem uiridis color omnibus agris.
Vernantes circùm leuiter, mediosq́ per agros
Murmurat,

Murmurat, & uitreis ſaliens fugit amnibus unda:
Quà palmas, laurosq́; ſimul ſylua alta comantes
Subijcit, & ramos teſtudine texit opaca:
Cedit, & obtentu ramorum excluditur æſtus.
Hanc circum innumeræ Gentes immania ſaxa
Aduoluunt, Parioq́; nitent de marmore ſeptem
Illuſtres Portæ: quas propugnacula ſeptem
Defendunt educta polo, & fulgentibus aſtris.
Bis ſenæ aſſurgunt Scalæ, & faſtigia Turris
Aequiparant: gradibusq́; ſedet pars maxima pri-
Nigranti facie, pulloq́; informis amictu. (mis,
Aſt alij facie inſignes, & ueſtibus albis
Summa petunt, celſaq́; procul de Turre tuentes
Deſpectant cœlum ac terras, mare, ſidera, Solem,
Pallentemq́; globum Lunæ, ſqualentiaq́; antra,
Horrentesq́; umbras Erebi, turbamq́; ſilentum.
Nec procul hinc Phrygio ſeptẽ de marmore cœlum
Tangere, & æterno fulgentes ære columnas
Cernere erat: tabulata tegunt radiantia ſeptem.
In ſummo ſpectanda nitet prædulcis imago,
Purpureumq́; caput roſeo fulgore coruſcat:
Vix oculi ſufferre ualent rutilantia membra:
Compoſitasq́; manus ad candida pectora preſſat,
Occultatq́; pedes ſtrophio præcincta nitenti,
Baccatamq́; gerens ſtellanti in fronte coronam,
Collectasq́; comas, hyacinthina tænia nodat:

Colluduntq; uagi per lactea colla lapilli,
Quos lõginquus Arabs mittit, Nabathæaq; tellus,
Quos Ganges, quos Indus alit, quos Perſidis ora
Colligit auriferi per ditia littora ponti.
Aurea ueſtis erat, tereti circundata Zona.
Tum magna ter uoce tonat: Quæ ſera moratur
Segnities fera corda hominum? quæ triſtis Erinnys,
Heu pietas, maleſuada trahit mortalia corda?
Mortales uos regna manent, uos ſidera ciues
Expectant, uos læta cohors flammantis Olympi
Inuitat, cœliq; libens Deus annuit arcem.
Parte alia turrim contra ſe oſtentat imago,
Cui galea inſigni tectum caput, unde comantes
Hinc atq; hinc nutant criſtæ: tergoq; pharetram
Horrentem iaculis, ductamq; in cornua taxum
Aſpectu ueneranda gerit: clypeataq; dextra
Ancipitem gladium geſtat, nodisq; rigentem
Haſtam læua tenet: tum forti pectore crudum
Thoraca induitur, ferroq; auroq; trilicem:
Includitq; ocreis gemmantes prouida ſuras:
Sub pedibusq; premit uoluentem terga draconem.
Aſpiceres ſublatum altè modò ſibila colla
Tollentem modò preſſa ſolo fera membra tenentem,
Lambentemq; atro ſuffectam ſanguine terram.
His uiſis, ſomno excutior, trepidumq; reliquit
Alta quies: uultuq; nouos uaga Luna rubores

Explicuit, micuere nouis fulgoribus aſtra.

AD IOANNEM CHRYSOſtomum fratrem.

DVm frater germane tuis Chryſoſtome charis
Cenomanũ gentes texis, & Vrobios:
Dum titulos, dum facta refers, dum Cæſaris arma,
Partaq́ pugnaci regna ſuperba manu,
Quà Cynips Libyca aura rigat, quà culta Tuneti,
Cornigero fumant quà ſua thura Ioui:
Dum patriam ſcriptis celebras: tibi gloria ſurgit,
Clara nec eſt ipſo Cæſare fama minor.

AD BERNARDVM TASSVM.

ETruſcis dum Taſſe modis te mira canentem
Audit ab extremis corniger Arnus aquis,
Arrident præter ſolitum Florentia culta,
Geſtit & ipſa nouis Thuſca Thalia choris.
Sub lauro uiridante uirûm dum fortia facta
Mæonia reſonas Taſſe ſuperbe tuba,
Armipotens pater arrectis Mars auribus aſtat,
Et fremit audita Martia caſtra tuba.
Dumq́ edera intectus molli noua carmina condis
Pindarica feriens Taſſe canore lyra,
Stellantis princeps choreæ tibi ridet ab alto,
Atq́ ſuas laudes carmina culta bibit.

Sub myrto dum Taſſe nouos componis amores,
Et Cyrenaea dulcia furta chely,
Ipſa Papho, Golgisq́; ſimul Venus alma relictis,
Cingit honoratum fronde uirente caput.
O' patria inſignis, genetrix mea: pectore in uno
Quicquid habet magni Graecia docta, tenes.
Felix ô nimium Vates, cui fama perennis
Creſcet, & extenta Poſteritatis honos.

ACON.

Tybri uale: Tyrrhena uagis qui flexibus ornas
Aequora, et imperio flumina mille regis,
Roma uale: quam mille duces, quā mille triumphi,
Quam decorant Thuſci ſceptra ſuperba Iouis.
Vos ſyluae, uos prata meis cantata cicutis,
Scriptaq́; non unis carmina corticibus.
Veſter Acon, dilectus Acon, noua gloria ruris,
Deſerit anguſtae uilia tecta caſae:
Atq; alios amnes, & prata uirentia ſyluis,
Atq; alios colles, & noua rura petit.
Euganeos Medoace ſinus quà dulcibus undis
Alluis, & rapidas in mare uoluis aquas.
Adriaco Regina iacet quà tuta profundo,
Qua nihil in toto clarius orbe micat:
Cui cedat Methymna, Rhodos cui ceſſerit uni,
Quamq́; colis medio Cypria Diua mari.

Vna-

Vnanimes quam ſponte fouent, & numine Diui:
Et ſua cæleſtis proſpicit arua Leo.
Vos ego carminibus referam, ſeu littore curuo,
Siue ſedens denſum quà nemus aura mouet.
Vos memores celebrate meum per ſæcula nomen:
Semper & in memori pectore uiuat Acon.

BASILII ZANCHII POEMATVM LIB. VIII.

DE GAVDIIS COELITVM.

QVæ Superûm ſedes, gemmataq́ templa frequentas
Vranie, cui nota alti penetralia cœli;
Quæ Vatũ diuina moues ad carmina linguam,
Vranie formoſa adſis, ſecretaq́ Diuûm
Tecta aperi: Vatemq́ tuum tua regna canentem
Aetherios da mente ſinus, animoq́ tueri:
Tu uati, tu Diua nouum da dicere carmen.
Hoc gemini Aethiopes, hoc & Garamantes, et Indi;
Et matutino quà littora ſole rubeſcunt,
Phœniceſq́, Arabeſq́, hoc ultimus audiat Afer:
Audiat hoc & quem tellus extrema rigenti
Alluit Oceano: quæq́ aſtra cadentia condit.
Sidereos tractus iam iam felicibus alis
Tranſilijſſe iuuat, ſuperûmq́ aſſiſtere Regi.

Dum canimus cithara inſigni noua gaudia diuûm,
Vos ſuperi geminate nouo noua carmina cantu.
Lucis in immenſæ campis ſupra extima Mundi
Mœnia, quà nimbi fugiunt, quà lumine puro
Collucet ſine nocte dies, qua mollior aura
Spirat, & ambroſia uiridiſsima gramina mulcet,
Florenteſq; hortos Sophiæ, qua floret achantus
Hortorum decus, & beneolentis amaracus horti
Deliciæ, miſtoq; uirens amarantus amomo,
Quos liquido de fonte fluens uitalibus undis
Educat, & pingui felix fouet amnis arena
Culta rigans, ſcatebriſq; leui cum murmure fertur.
Quà nemus intactum ſurgit, quà plurimus auro
Frondeſcit ramus, uiridanti & bractea ramo:
Quale nemus non mollis Arabs, non diues Idume
Vidit, & Heſperidum ſylua memorabilis Atlas.
Attollunt ſeſe gemmis rutilantia longè
Mœnia, & ingentes portæ bipatentis Olympi:
Aerataq; arces, & propugnacula cœlo
Aſſurgunt, ſolidoq; aſtant adamante columnæ.
Queis cælata legas ueterum monimenta piorum
Electroq;, auroq;, & perpetuo elephanto.
Hic conſtructa nitent laquearia dentibus Indis,
Dependent uario connexi ex ordine lychni:
Hic ſuperi regna ampla tenēt, unde æthera magnū,
Et Phœbi radios, lunatæ & cornua Phœbes,

Vnde

Vnde Aſiam mollem uideant, Libyamq́; ferocem,
Europamq́; armis & fertilitate potentem,
Aethiopas, primoq́; Indos ſub ſole iacentes:
Quotquot alit tellus, & naufraga Amphitrite:
Nec ſatis, & triſtes campos, pallentia regna,
Horrentesq́; atra noctis caligine lucos,
Quos Phlegethon, quos obſcuris perlabitur undis
Sulphureusq́; ambit torrens: latè arua papauer
Lurida ſomniferum ueſtit, ripasq́; ſilentes,
Aequalesq́; annis pariter, uiridiq́; iuuenta
Effulgent facie, ceu rubra corallia gemma
Conchili contexta nitent: aut quale rubenti
Albet ebur minio tinctum: uel qualia in hortis
Purpureis permiſta roſis noua lilia candent.
Innumerisq́; gerunt oculis radiantia membra,
Qualis ſole nouo ſe uerſicoloribus alis
In gyrum oſtentat uolucris Iunonia: qualis
Diues odoriferis quam parturit India ſyluis:
Nudi omnes, rutilaq́; coma, pennisq́; coruſcis,
Cæruleis omnes præcincti pectora Zonis,
Ardentesq́; auro lucent, radijsq́; coruſcant:
Qualis ubi exoriens uernum iubar exeruit Sol,
Puniceo terram dum Perſida linquit ab ortu
Aetheriæ lucis ductor, roſeumq́; decorem
Auricomi effundit capitis: ſupera alta niteſcunt,
Et mirata ſuum uenerantur ſidera Solem,

Vt primùm croceo terras afflauit Eoo,
Præcedens Aurora leui freta concita flatu
Incitat, & celeres diſpellunt nubila flammæ.
Aurato diſtincta nitet queis candida limbo
Veſtis, acu non picta: grauant nõ terga pharetræ:
Ambroſios tantum crines fulgentia ſerta
Auro, gemmarumq́ coloribus intertextis
Incingunt, & colla ſuper micat aurea torques:
Tum uariæ ludunt per leuia pectora baccæ.
Quos ſupra reſidet ſolio ſpectabilis aureo
Omnipotens genitor: cui mille ſedilia circum
Ex auro: cui mille aſtant, cui mille miniſtrant
Cælicolæ, Regemq́ ſuum uenerantur ouantes:
Concordes Regem appellant, Regemq́ ſalutant.
Hic ſuperis pater eſt, ſuperis decus omnibus idem:
Immenſosq́ ſinus, immenſaq́ brachia pandens
Dulcis Amor, dulci ſuperos complexus amore
Aeternùm fouet: & lachrymantia lumina tergẽs
Ille opifex cæli ac terræ, pelagiq́ liquentis,
Lætitiæ torrentem undam per pectora fundit,
Cæleſtesq́ animos cæleſti nectare paſcit.
Cælicolas iuuat immenſos ſubiiſſe labores
In terris, iuuat ereptos tot caſibus alma
Pace frui: iuuat & ſedes habitare quietas,
Et noua felici deducere ſæcula curſu:
Communem celebrare Deum, uitaq́ perennis

Auctorem:

Auctorem: & meritas cantu perſoluere grates.
Hic ego non Arabum meſſes, non ditia regna
Perſarum, rutila'ue Tagus quod uoluit arena,
Aut cupidus longæ felicia tempora uitæ
Optarim: ſed te placito tibi carmine ſemper
Concinere, & meritas ſincero pectore laudes.
Atq; utinam laudesq; tuas, tuaq; inclyta facta,
Extremiq; plaga alta poli, & Gangetica tellus,
Et qui ſepteno labentem flumine Nilum
Accolit, & gelidam Rhodopen qui ſcindit aratro,
EtArteſſiaci reſonarent littora ponti.
Mitte tuæ radios lucis Pater: abde tenebras
Depreſſæ, heu nimium, moribūdo in corpore mētis,
Alme Parens mea lux, mea uita, et uera uoluptas.

DE LAVDIBVS DIVINIS.

HVc ades ô mea Muſa, ſacris requieſcere ſyluis,
Ad properantis aquæ
Argento ſimilem riuum, & diſcrimina ſeptem
Iam tetigiſſe lyræ,
Diuinasq; iuuet laudes, atq; optima facta
Concinuiſſe modis.
Ipſe ſuas laudes dici iubet, ipſe repertor
Carminis omnipotens.
Hæc ferri iubet ipſe dator ſibi munera largus,
Munera parua licet.

Atq; ideo Deus ille choros radiantis Olympi,
Cœlicolasq; Deos,
Atq; homines, quos demū alto trāsferret Olympo,
Extulit è nihilo,
Et lucis ſupera alta nouo ueſtiuit amictu,
Sideribusq; nouis,
Aeris & liquidi campis ſua lumina fudit:
Imbribus & uarijs
Prata rigat, terræq; ſinus, quos agmine longo,
Et refluente uado
Hinc illinc cingunt ſuper Oceanitides undæ,
Vnde liquore nouo
Erumpunt uitreiq; lacus, fontesq;, cauisq;
Flumina fuſa iugis.
Quid referam uarias uolucres, & ſæcla ferarum,
Cultaq; picta roſis,
Et picturatis gemmantes floribus hortos?
Quid nemora alta canam,
Coniferas pinus, & odoriferas cypariſſos,
Pomiferumq; ſolum:
Totq; alias ſpecies, quas nec comprendere uerſu,
Nec numerare queam?
Auctorem uenerata ſuum dum cuncta ſalutant,
Concelebrantq; Deum,
Victima pro meritis ſacram Pater imbuit aram
Innumerabilibus:

Et

Et tua perpetuis cumulas ingentia largè
Munera muneribus.
Sic ueteres placuere uiri tibi maxime diuûm,
Cordaq́ plena Deo.
Sic placuit tibi magne Pater Ieſſaius heros:
Quem bonus, à teneris
Aſſuetum uerſare greges, & rure paterno
Degere, conſtituis
Delectum ex omni numero, ſpolijsq́ ſuperbum,
Qui tua regna tenens,
Iordanes Solymorum urbem quà prænatat amnis,
Et tua culta rigat,
Proferret latè imperium ſeptemplice Nilo.
Quà ſua rura colit
Aegyptus, denſisq́ caput Mareotica tellus
Cingit arundinibus.
Nec ſatis: inſpiras Vati uenientia ſæcla,
Carminibusq́ nouis
Illuſtras Vatem eximium, quæ plurima gentem
Concinuiſſe iubes,
Quæ nomen uenerande tuum per ſæcula cantat,
Quà rutilante polo
Accendit pulcher radijs noua lumina Titan:
Quà properante rota
Defeſſus petit occidui uada cærula ponti,
Heſperiosq́ ſinus.

Quà Cynoſura riget, gelidisq́; incana pruinis
Frigida torpet hyems:
Quaq́; Auſtris, medioq́; die ſata læta tepeſcunt,
Et noua uernat humus.
Quid maiora ſequar? Ießæo è ſanguine ſummi
CHRISTE Patris ſoboles,
Humanosq́; artus, mortaliaq́; induis ora,
Matre ſatus MARIA.
Ille etenim pietate grauis, ſeu paſceret hirtos
Per iuga ſumma greges,
Seu profugus, ſyluisq́; dolens erraret in altis
Tam procul à patria,
Regali ſeu fortè ſedens lætißimus aula
Inclyta iura daret,
Seu uictor ſpolia ampla ferens ſuſpenderet alto
Munera digna tholo:
Vel quum ſolis iter feruens terit orbita, uel quum
Menſtrua luna redit,
Collucentq́; uagis uoluentia crinibus aſtra,
Et rigat oßa ſopor:
Ille memor, gratusq́; tibi concordia tractans
Aurea fila lyræ,
Te monſtrante uiam, teq́; inſpirante, canebat
Alme parens ſuperûm,
Egregias laudes, atq; immortalia facta
Carmine perpetuo.

Ille

Ille etiam ſolennem aram, lectosq́ ſacrauit
Ordine mille uiros,
Qui numeris, fidibusq́ tibi, ſonituq́ tubarum
Perpetuùm canerent.
Ter felix, celebrare Deum cui contigit uni
Inſatiabiliter:
Et cœli docuiſſe uias, & præmia uitæ,
Quæ ſine fine manet.
Infelix, quicunq; dato ſibi munere diuos,
Quos pater Altitonans
Incluſitq́ Erebo uinctos, & carcere cæco,
Numina uana colit:
Inceſtatq́ graues inhoneſto carmine Muſas,
Nec timet ora Dei:
Hunc Phlegethō, Stygiiq́ manēt uada liuida fontis,
Tartareumq́ chaos:
Aeternisq́ uret flammis, & uindice pœna
Arbiter Omnipotens.

IN VINEAM DOMINICAM.

ALme Parēs, qui culta rigas uitalibus undis:
Quiq́ ualente manu
Innumeras ſub Sole ſeris miro ordine uites,
Impiger agricola:
Et placitam uitem attondes, & palmite læto
Vitea gemma tumet:

Et mites quum tempus adeſt de collibus uuas
Vinitor ipſe legis:
Atq; tuo dum preſſa fluunt pede dulcia muſta,
Inficit uua lacus,
Cæleſtes rubicunda lacus: mox præla racemis
Incubuere tuis:
Atq; immortales diuino nectare cellas
Prouidus ante reples:
Quale nec Hybla uirẽs carpſit, nec palmite Lesbos,
Nec Chios ipſa tulit.
Vitiſator uenerande, tua tibi uinea creſcat
Indiga ſemper opis:
Te cultore ferax, denſæ propaginis umbra
Occupet omne ſolum,
Quà ſe cunq; refert roſeo ſpectabilis ore
Lucifer exoriens:
Quà ſe cunq; refert niueo ſpectabilis ore
Heſperus exoriens.
Et tandem ſublata tuo pater optime ductu,
Lucida culta petat:
Hic ubi læta ſuum ſemper complexa maritum,
Prole noua uigeat:
Hic ubi nec rapidos ſoles, nec frigora brumæ
Sentiat alme Parens.

IN NATALEM CHRISTI.

SAncte parens, qui cuncta creas, qui cuncta gubernas,
Quiq; hominum generi lucida regna paras,
Promiſſus iam mane nouum, noua Lucifer orbi
Oraq;, & aurato pandat ab axe diem:
Ipſa noui noua Luna micet de lumine Solis,
Et noua candenti cornua fronte gerat:
Diſtillentq; noui pacato ex æthere rores,
Et uia non ſolito Lactea lacte fluat:
Oceanuſq; pater rutilis noua munera gemmis,
Micta ferat rubris fulgidus æquoribus.
Iamq; nouis permiſta roſis noua lilia ſurgant,
Et nouus è terra diuite fragret odor:
Cœleſteſq; choros felix concordia terris
Iungat, & ipſa nouis laudibus æthra ſonet.

DOLORES VIRGINIS Matris.

SOlue iterũ crines, iterum cape Nænia cultus
Funereos: uos perpetui mea corda dolores
Tangite, & aſſiduis perſun dite fletibus ora.
Ecquis erit, quem longa piæ lamenta Parentis
Non moueant, ſæuiq; pio ſub corde dolores?
Vix poſitum Nati corpus miſeranda ſepulchro
Viderat,

Viderat, & triſti ſiccarat lumina dextra,
Materno Diuina Parens quum tacta dolore,
Et lachrymis euicta nouis, luctuq́ recenti,
Et Nati deſiderio perfixa iacentis,
Ac ueluti Halcyone deſerta in littoris alga
Dũ queritur, geminatq́ modis lacrymabile carmẽ,
Sic ait: O mihi care nimis prædulcis IESV,
Nullum paſſa uirum, nullos perpeſſa dolores
Te genui, genitumq́ nouis ſplendoribus æthra
Te dominum uenerata cohors radiantis Olympi
Signa dedit, cecinitq́ nouo cunabula cantu.
Octauo ſed læta dies quum fulſit ab ortu,
Iam tum mœſta parens ſubito correpta dolore
Ingemui, preſſiq́ nouos ſub pectore queſtus:
Vt primùm roſeo ſparſiſti ſanguine terram,
Vagitusq́ meas miſerabilis impulit aures.
Quid referam, mandata patris quum Nuncius alto
Detulit, & Pharijs profugam conſidere terris
Iuſſit, & immiti trepidam ceſſiſſe tyranno?
Vel quum biſſenos ætas tua uiderat annos,
Amiſſo te care puer quæ uulnera ſenſi?
At nunc mœſta noui circunſtant corda dolores:
Nunc gemitus, curæq́ graues præcordia tangunt.
Vendidit hic mundi precium, paruoq́ Magiſtrum
Infelix: ſcelerisq́ ſui mercede recepta,
Informi uitam letho, lucemq́ reliquit.

Ille

Ille animi nimium fidens, ductore relicto
Nunc trepidus, metuensq́ necis, ſe noſſe Magiſtrum
Abnegat, incautusq́ fidem & data fœdera rũpit.
Nate tibi quis corda metus, quis candida pallor
Occupat ora recens? uiden' ut de corpore ſudor
Vbertim liquido commiſtus ſanguine manat?
Heu pietas, cœli Dominum, rerumq́ potentem,
Non dedignatum miſeras inuiſere terras,
Inuadunt ſcelerata cohors, & uincula collo
Intendunt, manibusq́ trahunt poſt terga reuinctis.
Haud aliter uiſa in campis leo fortè iuuenca
Exultat, tollitq́ iubas, caudamq́ remulcet.
Liuentesq́ artus, liuentiaq́ ora flagellis
Conſpicio: rubet aula mei de ſanguine Nati.
En Regem ſceptro illudunt, Tyriaq́ lacerna,
Fulgentesq́ oculos atq́ ora nitentia uelant:
In faciemq́ fero miles ſpuit ore uerendam:
Nec pugnis uiolare timet, nec uerbere lingua.
Nec ſatis, ille hominum totiusq́ arbiter orbis
Iudicis infandi legem ſubit: inde frementes
Inſontem ſine more trahunt furialibus auſis.
Sicut ubi impellit rabidum mare concitus Auſter,
Vnda fremit, latrat fragor, & ſpumantia pulſat
Littora, rorantes reſonant aſpergine cautes.
Hei mihi, dulce caput duris circum aſpera dumis
Serta premunt, crinesq́ madent, atq́ ora cruore.

Fune-

Funereasq́ trabes humeris, & robora geſtat
Incuruus, etiamq́ tremens, & uiribus impar.
Infamiq́ loco, & ſuffixo utrinq́ latrone
Seruator mundi medius cruce pendet ab alta,
Luce ſacra, ſpectante polo, ſpectante corona
Ingentis populi, & conuicia dira canentis.
Vt triſtis ſitientem animam contorſit amaror,
Sol gemuit, gentemq́ ſimul, terrasq́ refugit
Decolor, & tenebris nox horruit atra diurnis:
Orbis & indigno raptum te funere fleuit.
His oculis, his inquam oculis mœſtiſsima Mater
Pendentem ligno aſpexi mea uiſcera I E S V M,
Nudatosq́ humeros, nudataq́ pectora cœlo
Pandentem, fixasq́ manus, & brachia genti
Ingratæ: clauisq́ pedes ingentibus heu heu,
Et latus, & crates transfoſsum pectoris haſta.
Nec non & lachrymas Diuina per ora uolutas
Conſpexi, rigidamq́ pio de ſanguine barbam,
Arentesq́ artus, & caligantia letho
Lumina, defeſsumq́ caput, collapſaq́ membra.
Non potui gelida ue ſitim reſtinguere lympha,
Languentes ue oculos facili dextra inclinare.
Non ualui impreſsa ſiccare fluentia ueſte
Vulnera, & intortis uincire immania tænis,
Vndantiq́ imbre lachrymarũ & ſanguinis unda
Conſperſum tenui corpus detergere lana.

Non

Non licuit fuſos per humum mea uita cruores
Excipere, & ſacros aris ſeruare liquores.
Inuideo tibi terra parens: te regia lambent
Ora, tibi coſtumq́ ferent, & thura Sabæi,
Ambroſiæq́ comam, caſiæq́ uirentis odores.
Purpureos ſemper flores ſpirantibus auris
Alma feras, ſemper uiolas, & lilia cana.
Cur uetitum ſaltẽ aridulis premere oſcula labris?
Et fugientem animam legere? atq́ nouiſsima uerba
Effari? uale ô nimium mihi dulcis IESV:
Iam mihi ſunt comites curæ, duriq́ dolores.
Vix hæc ediderat, quum circumfuſa repentè
Lux micuit, nituere poli ſplendore coruſco:
Et Solymos colles, Galilæaq́ rura reuiſit,
Aureus & toto uibrauit ab æthere Titan.
Hic te ſancta precor per nomina dulcis IESV,
Perq́ tuos mortalis erat dum uita dolores,
Diua Parens, regina deûm, mundiq́ magiſtra,
Quæ genus humanum reuocas, quæ reddis Olympo:
Humanæ ualidam fer opem placidiſsima genti:
Romanumq́ patrem, Romanaq́ regna reuiſe:
Da facilem da Diua potens ad limina curſum,
Pax ubi perpetua, & nitida lux alma diei.
Laurigero tibi Magna parens in uertice ſacra
Dona feram, thuriſq́ uolens beneolentis honores:
Percutientq́ tibi noua plectra recentibus aris

Carmina, uirtutesq́ tuas Laureta ſonabunt.

HYMNVS IN CHRISTVM.

CHriſte pater, Gens læta tuo de nomine dicta,
Quam decus aſtrorũ Titan metitur utroq;
Oceano, geminoq́ uidet ſub cardine mundi,
Te celebrat, tibi ſacra facit, tibi munera templis
Suſpendit, meritasq́ canit tibi Maxime grates,
Mentem animũq́ ferens multo pro ſanguine tauri,
Proq́ liquore noui lachrymas libamina cordis.
Aeterno Genitore ſatus tu ſæcula condis,
Sæcula perpetuo circunuoluentia tractu,
Atq; anni menſisq́ uias. te roſcida bigis,
Quum lucem criſtatus ouans denunciat ales,
Auctorem teſtata ſuum Matuta ſalutat,
Humanumq́ genus poſt tempora noctis abactæ
Ad placitos tibi blanda uocat Rex ſancte labores:
Vt tandem cælo accepti, & felicibus aſtris,
Candida perpetua deducant otia uita,
Securi terræ atq; maris, ueterumq́ laborum.
Ipſa canit tua te uirtus, tot mira gerentem:
Te primordia rerum, atq; immutabilis ordo
Oſtendunt, te perſpicui flammantia Mundi
Mœnia, ſigniferoq́ means rota tramite Phœbi,
Candentisq́ globus lunæ, radiantiaq́ aſtra.
Tu liquidi ſuſpenſa tenes ſpacia aeris altè:

Vnde

Vnde per æſtatem uigili ſub nocte uidemus
Per ſudum uolitare faces, flammasq́ uagari
Aera per tenerum, & delabi ſidera cœlo:
Hinc uentos agitare fretũ, dum turbidus Auſter
Proſternit, uellitq́ imis radicibus ornos,
Aut rapido inuoluit diſiectas uortice puppes.
Tu diuerſa locis maria interiora coerces,
Oceaniq́ ſinum, & liquentia brachia fundis
Margine terrarum: bipedũ genus unde natantum
Per mare purpureum flexis ſecat æquora caudis.
Viſceribus terræ uitreis cum fontibus amnes
Emittis, uiuosq́ lacus. te florea Tempe,
Antraq́, frondoſisq́ canunt in montibus umbræ,
Quum remeat brumæ poſt frigora purpureum uer:
Quum ceſſit glacialis hyems: quum denſa reponit
Sylua comas: renouat dulces philomela querelas,
Dum ſedet aut ramo, aut uiridantis margine ripæ.
Squamigeri exultant, quos fallit arundine longa
Piſcator, dum littoreas demittit in undas
Fila ſedens ſcopulo, atq́ hamos tenet eſca latentes:
Quum tempus dare uela Notis, & ſoluere funem,
Et uaſtos pelagi tonſis proſcindere campos:
Vnda ſilet, redit Heſperio Zephyritis ab axe
Aura tepens, uolitatq́ nouis ſuper æquora pennis,
Et læti tranquilla uolant per cærula nautæ.
Per te læta ſeges flauentibus horrea culmis

Diſtentat, nitidosq́ colit uindemia colles,
Pampinea intextus connectens ſerta corymbis,
Pendulaq́ electri gratum imbuit uua colorem,
Et pomoſa uiret ramis turgentibus arbos:
Lentaq́ odoratæ demittunt brachia ſyluæ.
Tu Patris lux alma, nouo tu lumine mentem
Illuſtras diuûm, atq; hominũ: quo cernere poſſint
Immenſum iubar, & defigere lumina luci
Aeternæ, puraq́ æternum luce potiri:
Et ſimul æterno perfundis pectus amore,
Aeternoq́ foues aurai ſimplicis igne.
Ipſe etiam generis noſtri ſuccenſus amore,
Mortali indutus ſpecie, mortalia ſumis
Ora Deus, placidusq́ homines uerſarier inter,
Humanosq́ libens non dedignare labores,
Et medicas adhibere manus mortalibus ægris.
Errantiq́ hominum generi tu lumina præfers,
Atq; uiam patrio certam quæ ducit Olympo
Oſtendis, dum iura doces, & iuſſa uerenda,
Et dictis facta alta uolens Pater optime iungis.
Tunc terras lætata ſuas Aſtrea reuiſit,
Lætaq́ purpureo Clementia fulſit amictu.
Parua loquor, quæ tãta hominis te Magne uolũtas
Seruandi tenuit? noſtram per uulnera mortem
Morte luis, uitamq́ pijs & præmia reddis,
Infernasq́ domos & caligantia Ditis

Antra

Antra ſubis, uictorq́ Erebi de carcere cæco
Inſontes animas, & fortunata piorum
Agmina quadriiugo trãſ̃ers ſuper æthera curru,
Illuſtres domito referens Acheronte triumphos,
Per quoſcunq; choros ſpolijs inuectus opimis,
Regaliq́ locas ſolio, dapibusq́ beatis
Corda reples, cumulasq́ bonis noua gaudia diuûm
Innumerabilibus. Superûm ſtipante ſenatu
Vnde iterũ aduenies, quò corpora cuncta reſurgãt,
Felicesq́ animæ felicia corpora ſumant,
Optatoq́ ſimul iam tandem fine quieſcant.
Salue magne Parens, mundi ſeruator: ab alto
Per te, perq́ tui decus immortale triumphi,
Aſpice nos, cymbamq́ tuam per turbida ponti
Dirige, per Syrtes rector, perq́ inuia ſaxa:
Donec in optati ſubductam littoris oram
Aeterna ſtatione loces: ubi tuta frementes
Ventorumq́ minas, infidaq́ marmora temnat,
Stellantiq́ gerat rutilantia roſtra corona.

AD CHRISTVM.

Tange, precor, mihi care pater præcordia leſu,
Corq́ meum ſacris affice uulneribus.
Ipſa meas feriant contorta ſonoribus aures
Verbera, & immiti triſtia flagra manu.
Occurrat quócunq; ferar tua dulcis imago,

Molliaq́ impreſsis tempora ſecta rubis.
Non unquam felliſq́ liquor, clauiq́ trabales,
Lanceaq́ immemori defluat ex animo.
Te ſemper roſeo conſperſum ſanguine cernam,
Inq́ meis ſemper uulnera ſint oculis:
Vulnera, queis mortemq́ necas, & lumina uitæ
Reddis, & eſt homini uera recepta ſalus.
Te uideam ſancto luſtrantem cuncta cruore,
Quà cœlum, ac terra, quà maria alta patent:
Tendentemq́ manus, & ad oſcula cara uocantem,
Pandentemq́ imi pectoris hoſpitia.
Hoc mihi dulce decus, ſint hæc noua gaudia menti:
Has mihi diuitias, hæc mihi regna peto.

PHOENIX.

DIc age, dic Phœbo gratã mea Muſa uolucrẽ,
Candida Melpomene:
Sic te Phœbus amet, doctiſq́ ſororibus unam
Arbiter ipſe chori
Præferat, & lauro inſignem, citharaq́ ſonanti,
Carminibuſq́ nouis.
Eſt nemus, Eoo quà lumine conſerit arua
Fertilis Aſſyriæ
Phœbus: odoriferis quà ſeſe extollit in auras
Laurea ſylua comis,
Et uirides texunt lauris umbracula palmæ,

Quæ

Quæ leuis aura mouet:
Ipſaq́ odorati pingunt noua gramina flores,
Purpureasq́ roſas.
Hic ubi perſpicuis ſaliens per gramina riuis
Irrigat unda nemus:
Hic ubi feßa Dryas ſub mollibus accubat umbris,
Et uiridante toro:
Lilia nunc, caltasq́ legit: nunc gutture dulci
Carmina læta canit:
Quæq́ legunt uirides nodoſa corallia Nymphæ,
Delituere diu:
Coralijs plicuere nouis & candida ſerta,
Aureolasq́ comas,
Quas inter pudibunda ligat Carpilla rubenti
Mollia fraga roſa:
Hic ſimilis regina auium tibi corpore pulchro
Vnica regnat auis:
Indigenæ Phœnica uocant, quæ thure Sabæo,
Ambroſiæq́ comis
Veſcitur, & panace, & ſucco beneolentis amomi:
Nec fera fata timet.
Atq́ ubi ſexcentos uiuax expleuerit annos
Ignea ſemper auis,
Inuiſam cupiens phœnix abolere ſenectam
Dum noua ſæcla parat,
Aut lauri ramo, aut frondentis uertice palmæ,

Ad ſua buſta legit,
Quodq́; Cilix, quod diues Arabs, quod diuite ſylua
India mollis alit.
Nec uirides caſiæ, & florentis uimen acanthi,
Guttaq́; pinguis abeſt,
Balſamaq́;, & coſtum, commiſtaq́; cinnama nardo,
Thuraq́; iuncta croco,
Et myrrha lachrymas ſimul, & fragrantis amomi
Dædala condit auis,
Seq́; uolens ſuperimponit, gaudensq́; recenti
Geſtit odore mori.
Inde graui ſenio exutus, uiridisq́; iuuenta
Sidera celſa petit:
Atq; auri fulgore micans radiantia colla,
Purpureisq́; notis:
Floret apex plumis capiti, criſtisq́; decorus
Viuida membra gerit.
Tum latè effulgens, roſeisq́; interlita pennis
Cærula cauda nitet.
Tam uariæ linguis, quàm uerſicoloribus alis
Agmine quæq; ſuo
Mirantur circum uolucres, Titanius ales
Quò ſe cunq; refert,
Et uolucrem uenerata piam plaudentibus alis
Garrula turba canit.
Ille uolans, Arabasq́; legit, Panchæaq́; rura,
Thuris

Thuris & arua petit,
Quaq; Paratonij ſeptemflua cornua Nili
Fertilis unda rigat:
Donec adorati præcelſam Solis ad urbem,
Templaq; ſancta uenit,
Atq; ara nidumq; ſimul, cunasq; recentes,
Et noua buſta locat.
Felix, ô nimium felix, cui thuris odores
Sæcula longa ferunt.
Felix, ô nimium felix, cui morte beata
Florida uita redit.
Ter felix, cuicunq; ſacro uirtutis odore
Pectora paſcit Amor
Omnipotens, uenerãdus Amor, qui lumine luſtrat,
Numine cuncta fouet.
Ter felix, cuicunq; datur per uulnera Chriſti,
Sanguineasq; notas,
Exuuijs tandem poſitis Chriſtoq; renaſci,
Et ſibi dulce mori,
Aeterniq; urbem Solis & lucida templa
Scandere poſt obitum,
Cœleſtiq; aræ gratos dare thuris honores,
Munera digna Deo.
Illum Cœlicolæ circum uenerantur ouantes,
Excipiuntq; ſinu,
Gratanturq; ſimul, læto ſimul atria plauſu,

Carminibusq́ ſonant.
Et pater ipſe ſuo, ſuperûm gaudente ſenatu,
Collocat in gremio:
Hic ubi non lethi portas, formidinis expers,
Vlla'ue damna timet:
Atq; immortales uita renouatus in annos
Perpetuùm fruitur.

AD CHRISTVM.

O Mundi uenerãde ſator, mens alta Parentis,
O' decus, ô noſtræ Chriſte ſalutis iter:
Te liquidi ſpacia ampla poli, te maxima tellus
Tollat, & immenſis finibus Oceanus:
Te recinat quodcunq; tuo de munere uiuit,
Quicquid & in toto prouidus orbe creas.
Tu puram in tenebris lucem, & caligine cæca
Fundis, & ætheria lumina clara face.
Tu miſeros, tu morte tua formidine mortis
Soluis, & à lethi limine reſtituis.
Mortalesq́ artus terræ, moribundaq́ membra
Condis, & in mutos diſſoluïs cineres:
Et longo Sator ipſe iubes pòſt tempore rurſus
Surgere, non ulla diſsoluënda die.
Atq; immortali mortalia corpora uita
Afficis, æternis inclyta muneribus:
Occluſas penetrare fores, ſine pondere ferri

Das

Das pater, & uentos præterijſſe fuga,
Et Phœbum radijs, Phœben candore niuali
Vincere, dum plena cornua fronte gerit.
Tu Stygij fera terga domas, & colla Draconis,
Frangis & inuicta clauſtra tremenda manu.
Et felix ſpolia ampla refers ſuper æthera uictor,
Et nitet exuuijs regia celſa nouis.
Chriſte parens tu templa tibi, tu pectora noſtra
Effice, & ipſe tuo numine corda reple.
Da mentem mactare piam, da mente litare:
Euincant noſtræ thurea dona preces.
Proq́; focis cantata tibi noua carmina fument,
Stillet & è noſtris myrrhea gutta genis.
Annue Magne precor, tua per cœleſtia dona,
Perq́; tuam matrem, cœlicolasq́; choros.

DE DIVORVM FELICITATE.

FElices oculi, liquido quos lumine paſcit,
Quos Deus illuſtri maximus ore beat.
Felices linguæ, felicia laudibus ora,
Queis ſemper cœli lucida templa ſonant.
Felix qui patrio terras commutat Olympo,
Ardua cui cœli regna tenere datum eſt:
Pro gemmis æterna decens cui gloria fulget,
Aeternumq́; premit parta corona caput.
O fortunati, Tyrio pro murice CHRISTVS

Quos tegit, & roſeo ſanguine tincta toga:
Queis uita eſt flagrare pijs per ſæcula flammis,
Quos iuuat in ſancto ſemper amore mori.

AD CHRISTVM.

CHriſte ſator, cuſtosq́ tui florentis agelli,
Duc, precor, ipſe tua per tua culta manu.
Cara tibi ante alios candentia lilia flores
Ipſe legam, niueas, puniceasq́ roſas,
Intexamq́ croco ſemper ſpectantia ſolem
Germina, & inſigni ſerta colore geram:
Quæ dulcis te uita mihi, quæ dulciter ora
Intacta referant candidiora niue.
Purpureoq́ oculis rorantia membra cruore,
Sanguinis & rubri ſigna uerenda legam.
Hæc ego pro nitidis beneolentia ſerta lapillis,
Hæc ego pro roſeo murice texta feram.

CHRISTO SACRVM.

HAs lachrymas, hæc dona tibi Romana pro-
Libat, et incenſos dedicat ante focos, (pago
Chriſte pater, qui corda rigas uitalibus undis:
Qui ſilice undantes elicis unus aquas.
Tu lachrymas ne ſperne pias, neu dona benignus,
Suſcipe & hæc noſtri pectoris obſequia.
Fac riguo de fonte bibant ſitientia corda,

Noſtraq́

Noſtraq́ perpetuas urna refundat aquas:
Inq́ ſui reuoluta caput liquidiſsima fontis
Irriget arentem lympha perennis humum.

IN DIVINVM AMOREM.

O Dulces lachrymæ, queis mollia pectora pa-
Mitis Amor, cellis dulcior Hybla tuis. (ſcit
O dulces gemitus, ô dulcia uulnera cordi,
O mihi uitali morte recepta ſalus.
Quis credat? præter ſolitum mihi dulcis amaror
Et ſapit, & dulci eſt parta dolore quies.
Non unquam, ô cœleſtis Amor, tua uulnera deſint:
Non unquam dulcis deſerat oſſa dolor.

MOERIS.

Dum celer Heſperia ſeſe Capricornus ab unda
Extollit, ſummisq́ ferit dũ cornibus aſtra,
Ac uenti tranſuerſa ferunt dum nubila cœlo,
Luctanturq́ ſimul, nigrisq́ e nubibus ignis
Deuolat, & denſo concurrunt agmine nubes,
Opprimit & terras uiolentis imbribus æther:
Vnde natant campi ingentes, & flumina creſcunt,
Igneus & rapido deſcendit turbine uortex,
Attonitasq́ aures uis fulminis incita terget,
Horrendumq́ fremit crebris mugitibus æquor,

Atq; Auſter clauumq; furens, tortosq; rudentes
Diſijcit, & fracto fluitant uaga lintea malo,
Annoſasq; ornos imis radicibus haurit,
Et conuulſa ruunt ſaxis pendentibus antra:
Tunc Mœris rerũ prudens, quem doctus Amilcon
Serriade eductum Nympha, Parnaßide ſylua
Occuluit, paruumq; ſinu formoſa Thalia
Nutrijt, inſignemq; lyra, lauroq; uirenti
Reddidit, & uatem numeris uerſuq; poliuit,
Et Chriſtum celebrare, & gaudia dicere diuûm
Edocuit, Sophiaeq; hortos memorare canendo:
Tunc Mœris rerum prudens, triſtesq; ruinas,
Et morbos, caſusq; graues, atq; impia facta
Humani generis recolens, taciturna querenti
Antra ſubit, lachrymisq; nouis permittit habenas,
Flebilibusq; lyram numeris, chordasq; loquentes
Percurrit, ſecumq; gemens his uocibus infit.
Mœror ades, lachrymisq; nouis noua ſuffice ple-
O genus humanũ infelix, cui triſtia facta, (ctra.
Tot ſcelerum facies, mentisq; inſana libido
Aerumnas, morbosq; ferunt, pœnasq; perennes
Intentant, laeſiq; exercent numinis irae.
Non'ne ſatis fuerat primi commißa parentis
Pendere, & antiquae contagia ſoluere culpae?
A' nos ô nimium miſeri, propriaeq; ſalutis
Immemores, ueteri commißa piacula noxae

Iun-

Iunximus, & ſcelerum pœnas adiecimus ultro.
Quis furor æternæ contemnere gaudia uitæ?
Et ſibi perpetuam manibus conſciſcere mortem?
Mœror ades, lachrymiſq; nouis noua ſuffice ple-
Nonne uides mortale genus, primordia gentis (ctra.
Humanæ, limumq; rudem, corruptaq; miſtim
Semina, quæ laſciua Venus, quæ fœda Voluptas
Elicuit, ſtimuliſq; agitans Cythereius ardor?
Vtq; graui primùm, maternaq; editus aluo
Nudus homo in ſuperas effertur luminis oras,
Vagitu complere locum, queſtuq; gementi
Incipit, humanoſq; tener deflere labores,
Mammarumq; petit uitali rore rigari:
Indigus auxilio, & blandæ nutricis amore
In cunis iacet: & uelamina nota requirit,
Et fari nequit, & firmis inſiſtere plantis,
Artis inops, & nuda gerens mortalia corda.
Mœror ades, lachrymiſq; nouis noua ſuffice ple-
Quid referam mira facie, membriſq; reperta (ctra.
Monſtra uirûm? pars trũca pedũ, manibuſq; reciſis
Fœda iacet: pars ſe duplici cum corpore tollit,
Muta ſilens, nec clara cauas uox perſonat aures.
Semiferas hominum ſpecies, & nomina dicam,
Androgynumq; genus, confuſaq; corpora formas?
Mœror ades, lachrymiſq; nouis noua ſuffice ple-
Quũ primũ tepefacta uiret genitalibus auris (ctra.

Terra parens, & uerna nitet florentibus horis
Tempeſtas: tum læta ſuis ſe floribus arbos
Induit, & cœlo uiridantia brachia tollit,
Autumnoq; comas pomis fragantibus ornat.
Nec minus & uirides hortis gemmantibus herbæ
Floreſcunt, & quæq; ſuum bene iactat odorem,
Humano tantum uiui de corpore uermes
Erumpunt, tetramq; ciet putrore mephitim
Proluuies, & membra rigat graueolentia ſudor.
Mœror ades, lachrymisq; nouis noua ſuffice plectra.
Quid dicam, quàm dona breuis fugiētia uitæ
Perdimus? & curæ conſcindunt corda ſequaces?
Hunc auri maleſuada fames, hunc turpis egeſtas
Exercent, duroq; domant ſub faſce labores,
Seruitioq; premit domini uiolenta poteſtas:
Quando alij incumbunt Sarrano molliter oſtro.
Ille ſolum terræ preſſo proſcindere ferro
Inſtat, & irriguos campis deducere riuos.
Ipſe ſerit, ponitq; nouas certo ordine uites,
Seminaq; inuerſos gaudet iactare per agros:
Vnde domum paruo gaudens, & diuite menſa
Suſtinet, & lætos agitat cum coniuge menſes.
Hunc lituos audire iuuat, & maria caſtra
Vſq; ſequi, proprioq; ſolum fœdare cruore.
At fragili freta ſalſa ſecat dum nauita cymba,
Et uitam pelago, & uentis malè credit acerbam.
Mercator,

Mercator, quem ſacra fames compellit habendi,
Et procul auecta peregrino à littore merces,
Nunc Auſtros, nūc uſta petens Aquilonibus arua,
Candidus occidua ſeu quos uidet Heſperus ora,
Seu primùm ante diem quos ſpectat Lucifer almus,
Extremiq; ſinus orbis terraq; mariq;
Perſequitur, natosq; ſimul, caſtumq; cubile
Deſerit, & longis diſcurſibus omnia luſtrat,
Immemor ipſe ſui, ſanctiq; oblitus amoris.
Mœror ades, lachrymisq; nouis noua ſuffice ple-
Iamq; annis ſubrepit iners & tarda ſenectus (ctra.
Ore mouens ſaniem, & nutantia tempora quaſsās,
Cui frontem rugæ ſulcant, cui membra uacillant:
Labraq;, palpebræq; cadunt, poplitesq; trementi,
Caligantq; oculi, canoq; à uertice crinis
Defluit, & flaui ſcabra rubigine dentes,
Membra ciet, tremulosq; artus quatit arida tußis:
Ipſe ſenex auri nunquam ſatur, omnia quærit,
Inuentisq; miſer parcit, crebrisq; querelis
Excruciat ſeſe: nec uitæ gaudia ſentit,
Semper inops, caſſaq; animi formidine torpens.
Mœror ades, lachrymisq; nouis noua ſuffice ple-
An memorē curasq; tori, thalamiq; iugalis (ctra.
Dißidia, & triſtes diſcordi pectore tædas?
Nunc uxor maleſana furit, nunc prælia miſcet:
Nunc queritur, pedibusq; ſuis Sicyonia poſcit,

Nunc

Nunc teretes gemmas, quosq; India mittit odores,
Intextasq; auro ueſtes, Melibœaq; circum
Texta petit, tenuiq; comas anademate cingit.
Mœror ades, lachrymisq; nouis noua ſuffice ple-
Quis prolem ſæpe indecorẽ, luctũq; parentũ (ctra.
Explicet? aut quæ cura ſubit, natosq; domumq;
Seruandi? quis durus amor pertentat habendi
Contiguos agris fundos, opulentaq; tecta?
Scilicet optatusq; hæres, tædæq; iugales
Sollicitant, ſeriq; premunt poſt fata nepotes.
Mœror ades, lachrymisq; nouis noua ſuffice ple-
Heu quãtæ miſeris clades, quæ ſæua per orbẽ (ctra.
Bella mouent, galeæq; micant, effoßaq; pila,
Et madidæ humano pingueſcunt ſanguine glebæ,
Et fœdata fugit cum fluctibus Amphitrite.
Hinc ſtimulante fame matres ſua pignora ferro
Dilaniant, (dictuq; nephas) ſua uiſcera condunt
Viſceribus: nec iura mouent, nec iußa Deorum.
Parte alia cœli morbo, miſerabile uiſu,
Dira lues infeſta feris, pecudumq; cateruis,
Sæuit in humanum genus, horrida funera uulgo
Denſentur, nec uota iuuant, nec cura medendi:
Atq; inhumata iacent proiecta cadauera campis:
Inſuper informes urſi, & genus acre ferarum
Dant ſtragem: uiſosq; feris ſub dentibus artus
Diſcerpunt, uiduæq; ſilent ſine ciuibus urbes.

Inde

Inde grauis terras tremor occupat: oppida paſsim,
Concuſſaq́ ruunt urbes, prærupta ruinam
Saxa trahunt, monteſq́ caui fera fata minantur.
Mœror ades, lacrimiſq́ nouis noua ſuffice plectra.
Nec ſatis, humanos rapido uaga fulmina lapſu
Terrificant animos, rutiloq́ ardore cometæ,
Hyberniq́ ruunt imbres, triſteſq́ procellæ:
Et lapides cœlo miſsi: præcepsq́ ruina
Grandinis & ſegeti officiunt, & uitibus almis.
Obruit inſano ſtagnantes flumine campos
Eridanus, ſæuumq́ ſonans latrantibus undis
Diluuio immiſcet terras circumflua Tethys,
Et rapida inuoluit fractas uertigine puppes.
Sublatum uideas, totoq́ efferuere ponto
Horrendum Protei pecus, & Neptunia monſtra.
Ipſa parens tellus tribulos lappaſq́ nocentes
Summittit, culmoſq́ creat reſonantis auenæ:
Pro ſegete infelix lolium, pro uitibus aſper
Carduus, & duri conſurgunt undiq́ ſentes.
Mœror ades, lachrymiſq́ nouis noua ſuffice ple-(ctra.
Adriacos ſi quis numero cõprendere fluctus
Poſſe putat, quum cana cient freta turbida uenti;
Ille etiam triſtes morbos, incommoda noſtra
Enumeret, uarios caſus, ægroſq́ dolores.
Adde tot incertiq́ uias, portaſq́ patentes,
Et mœſtam lethi faciem, ſæuoſq́ timores.

Quis dolor eſt, caræ decurſo lumine uitæ
Dulcem animam liquiſſe modis frigentia miris
Corpora, & æterno torpentia lumina ſomno
Claudere, & ingrato componere mẽbra ſepulchro?
In cineres abiiſſe leues? immitibus eſcam
Vermiculis miſerum fieri, tineisq; perennem.
Mœror abi, lachrymisq; nouis neu ſuffice plectra.
Iam me deficiunt uires, & lumina ſiccis
Feſſa genis, & ſera uocat iam ſidera Veſper:
Luna nitet. uos fida meis caua ſaxa querelis
Aeternum ſaluete: nouis uos denſa corymbis
Texta tegant, muſcoq; recens interſita laurus:
Forſitan & meliore ſono mea fila ſonabunt.

COELESTIS CHOREA.

IAm Phœbus candore rigat ſua regna recenti,
Et matutini ceſſerunt Sideris ignes:
Surgamus mea Muſa, leui quà murmure denſum
Perſtrepit aura nemus, ſecreta in ualle ſubibis
Antra uolens, edera & muſco ueſtita uirenti:
Dum rapidus Nemeæa premit Sol terga Leonis,
Et paſſim uirides riuis ſitientibus herbæ
Areſcunt, feruetq; notis ſpirantibus aer.
Hic nemus, & liquidi norunt ſua numina fontes,
Plurimaq; argutis auium concentibus arbos
Directa in numerum reſonat, nemoriq; canora
Vmbrifera

Vmbrifero, & uitreis reſpondet uocibus Echo.
Hic iuuet & dulces neruis intendere uerſus,
Atq; aperire nouis lætantia laudibus ora,
Et noua cœlicolûm deducere carmina Regi.
O` quis cœlicolûm choreis me ſiſtat Olympi:
Quas circum cœli Regem plaudentibus alis
Exercent ſuperi, quà ſe radiantia tecta
Attollunt, liquidiq; patet quà regia cœli,
Immotusq; orbes circum complectitur orbis.
In numerum ſpectare licet pernice chorea
Alipedes ſaltare choros, & membra mouere
In gyrum, magnumq; leui pede pellere cœlum:
Non extra numerum procedere. feruida corda
Perpetuis flagrant flammis: tum lumina flammas
Læta uomunt, tremulumq; iubar per pectora fulget.
Qualis, ubi auricomo eduxit Lucifer ignes,
Vere nouo roſeus rutilo Sol enitet aſtro.
Virgatæ circum ueſtes rutilantia latè
Membra tegunt, niueisq; micant, rutilisq; lapillis.
Theſſalico ceu docta manus Sicyonia cocco
Pingit ebur, Tyrio'ue rubent Mileſia fuco
Vellera: ſeu rubro candens ſuffuſa pyropo
Bractea: ſiue croco permiſta liguſtra rubenti.
Sunt quibus intextis ſpeculis uelamina lucent,
Auricomumq; caput ſertis gemmantibus ornat
Immortale decus. Videas florente iuuenta

Lætantes, dulciq́; ſono pæana canentes.
Pars mollem citharam plectro, pars naulia pulſat
Læta manu, chordasq́; ferit teſtudinis aureæ.
Inde ducem choreæq́; ſimul, cantusq́; magiſtrum
Aſpiceres Vatem quondã & ſua regna tenentem,
Iordanes Solymorum arces quà dulcibus undis
Prænatat, & pingui campos fœcundat arena.
Annoſum ueluti cerui ramoſa ferentem
Cornua, Strymoniæq́; grues ſuper atra ſequuntur
Nubila ductorem, & longo procul ordine cingunt.
Sidonio cui tincta nitet noua murice ueſtis,
Atq; auro ingenti, ſignisq́; ardentibus apta,
Splendidaq́; inſigni collucet fronte corona,
Ex humeroq́; ſonant citharæ uocalia fila.
Parte alia Regina deûm, rerumq́; parentis
Alma parens, roſeoq́; micans ſpectabilis ore,
Electro ſimilesq́; comas, & leuia circum
Tempora multiplici gemmarum incincta corona,
Extulit os, formoſa genis, uelut æthere puro
Roſcida puniceis oriens Aurora quadrigis,
Virgineos pudibunda choros ſocia agmina iungit,
Virgineasq́; agitat choreas. Galileia Virgo
Dux canit, & ſiſtro carmen modulatur ouanti.
Nec promptũ eſt, quæ pulchra magis diſcernere for-
Ac ueluti dubitat rutilante natator in unda (ma.
Quam prius è uarijs gemmam legat: ardet iaſpis,

Lucet

Lucet onyx, uiridi radiat fulgore ſmaragdus.
His uiolisq́ roſisq́ comæ candentibus halant:
Cæruleis aliæ nectunt ſibi ſerta hiacinthis:
Illas rubra tegunt implexa corallia lauro,
Et ſtola longa nitet filo contexta rubenti,
Multa ſinus & colla uirens diſtinguit iaſpis,
Ambroſijq́ fluunt diuino è corpore rores.
Mox omnes manibus per mutua uincula nexis,
Inq́ orbem plaudunt choreas, cantuq́ perenni
Concelebrãt diuûm atq́ hominũ rerũq́ potentem.
Magne Parens, tibi cœlicolæ debere fatentur
Vnanimes, quicquid liquidis complexibus æther
Continet, aut uaſtis reſonans anfractibus æquor:
Quicquid terra parens, quicquid natura creatrix
Educat, & uigili colluſtrat lampade Titan.
Tu noſtri generis caſum miſeratus ab alto
Nos reficis bone Rex, patrijsq́ ſedilibus omnes
Reſtituis, uitaq́ facis ſceptrisq́ potiri
Aeternùm, teq́ ipſe uolens ſuper omnia dona
Cœlicolis præbes, claraq́ in luce recludis,
Per quem clara micant circumuoluentia ſigna:
Qui ſolem radijs, cœlum fulgoribus imples,
O genitor, diuûm atq́ hominum ſincera uoluptas.
His dictis dia antra ſonant, uocemq́ remittunt
Templa poli, luduntq́ uagis diſcurſibus aſtra:
Ter felix, quem Chriſte choris cœleſtibus inſers,

Et miſtum choreis ſuperûm tibi dicere grates
Das Pater, inq; tuis exoluere laudibus ora.
Atq; utinam te dante choris, teq; auſpice cœlo
Inſerar, extremumq; traham Pater optime funem.
O quales tibi lingua ſonos, quæ carmina dicent
Innumerabiliter teſtudinis aurea fila,

SPIRITVI SANCTO
donum.

QVis mihi multiplici ſelecta ex arbore coc-
Punica mala legat? *(co*
Immenſo exiguus quæ munera mittat Amori,
Munera parua Mycon.
Dulcis Amor, qui cuncta creas, quiq; omnia larga
Sufficis alme manu:
Fac noſtris fœcunda tibi ſuccreſcat in hortis,
Punica poma gerens,
Purpureisq; tibi pulcherrima fœtibus arbos,
Threiciamq; Samon.
Prouocet, & quæ læta ferax ſeptemplice Nilus
Flumine culta rigat.
Quotq; uirens diſtincta leui ſub cortice malus
Dulcia grana tegit:
Tot ſtimulis ſacer ardor agat, tot feruida flammis
Pectora noſtra calor,
Quem non ulla queat reſtringuere mobilis aura,
Cana'ue bruma gelu.

AD CHRISTVM.

Qualis mane nouo, qualis redeuntibus aſtris
Phœbe tuum Clitie pallida ſeruat iter:
Talis ego te Chriſte ſequor, tua lumina ſeruo,
Qui nunquam occiduo gurgite condis equos:
Qui neſcis uariare uices, qui lumine puro
Cælicolûm atq; hominum feruida corda rigas:
Atq; utinam, Lux alma, tuo te munere cernam,
Qualis in æterno lumine clara micas.

FINIS LIBRI
Octaui.

IOANNIS COTTAE VE-
ronenſis, falſò Andreæ Naugerio
aſcriptum.

Qvamuis te peream æquè Hyella totam:
Nec pars ſit mea lux tui ulla, quæ me
Sæuo non penitus perurat igne:
Fulgentes tamen illi, amabilesq́;,
Illi ſideribus pares ocelli,
Noſtri maxima cauſa ſunt furoris.
O` cari nimis, ô benigni ocelli,
O` dulci mihi melle dulciores,
Quando uos miſero mihi licebit
Vſq; ad millia millies trecenta,
Aut ultra hæc etiam ſuauiari?
Di concedite mi hoc miſello amanti:
Dein' nil graue perpeti recuſo:
Quin & ſi peream, lubens peribo.

EIVSDEM.

Avra en Fauoni, mitiorq́; Caurus,
Nubes, geluq́; triſte diſpulerunt:
Ponti minaces impetus quierunt,
Mutatq́; merces Indus, atq; Maurus.
Iam læta pinguis frangit arua taurus,
Et picta denſum prata floruerunt:
Omneis canoræ alites replerunt

Frondes:

Frondes:nec hortos ornat una laurus.
Ver ſpirat:en uer omnibus rediuit:
Vnum ſed in me ſæuiunt procellæ:
Nec Sol mihi eſt,mens unde feſſa uiuit.
Luſus,dieſq; iam abite uerni:
Dum luce cara non fruor puellæ,
Sunt dura dici cuncta,dura cerni.

GABRIELIS ALTILII
Epithalamion.

PVrpureos iam læta ſinus Tithonia coniux
Extulerat,roſeoq; diem patefecerat ortu,
Cæruleum tremulo percurrens lumine pontum:
Qui cupido ſua uota uiro,deſponſaq; dudum
Connubia,optatoſq; toros,& gaudia ferret:
Cum dulces patris amplexus,cum mœnia chara
Parthenopes,notaſq; excedens linqueret arces,
Sfortiadæ iuueni donanda Aragonia uirgo.
Ipſe leui pater aduolitans per cærula curru
Neptunus,latè undiſonum ſubſtrauerat æquor,
Inſidiq; minas pelagi:nec gratior undis
Temperies,cœlo'ue quies demiſſa ſereno
Adfuit,aut aliàs ſpirarunt lenius auræ.
Hic ſtudijs,varioq; aſſenſu lecta iuuentus,
Fronde noua redimita comas,myrtoq; uirenti,
Dum fremit, & ualidos certatim adnixa lacertos

Remigio expediunt alacres, tranſtriſq́; locati
Exultant, lætoq́; ſonant caua littora plauſu:
Dum patrio flet nata ſinu: dùm neptis auito
In gremio, fratrumq́; pijs complexibus hæret:
Et longum inter ſe chara ceruice morantur,
Ac gemitu ſimul urbs omnis, ſimul ægra ſupremo
Digreſſu, deſiderio intabeſcit itura:
Littoreq́; effuſi toto, atq; è mœnibus altis
Proſpectant, mixtæq́; uiris longo ordine matres
Et lachrymis incedentem, uotiſq́; ſequuntur:
Feliceſq́; uias abeunti, auraſq́; precantur.
Parte alia, quà perſpicuo delabitur alueo
Irriguis Sebethus aquis, & gurgite leni
Prata ſecat, liquidiſq́; terit ſola roſcida lymphis:
Tercentum diuerſa locis ſe turba ferebant,
Virginei cœtus Nymphæ, Campana propinquis
Quas tulit ora iugis, quas dulcibus educat antris:
Centum Pauſilypi, centum de uertice Gauri,
Et totidem calidis è littoribus Baiarum:
Quæq́; etiam Lyrim, lentiſciferiq; receſſus
Linterni, Bacchea tenent quæ rura Veſeui,
Conueniunt: nec Vulturni, Sarni ue puellæ
Non adſunt, non æquoreæ Neſidos alumnæ.
Quas inter mediæ magna cingente corona
Bis ſenæ ſuperant forma præſtante ſorores,
Aurea Sebethi ſoboles, quas cærula mater

Par-

Parthenope una ſciens Muſarum, & docta canẽdi,
Parthenope primis teneras formauit ab annis,
Imbuerat cantuq́ nouo, numerisq́, modisq́:
Pars uiola, pars cæruleis implexa hyacinthis,
Illæ apio, hæ narciſſo, aliæ immortali amarãtho.
Perpetuos namq́ hos ipſa ſibi ludicra flores
Semper alunt, uiridem ſemper de rore nitorem,
Ergo inter ſeſe manibus per mutua iunctis,
Compoſitisq́ leues quatientes motibus artus,
In numerum glomerantur, ibi uariante reflexu
Nũc pedibus choreas, nũc carmina plaudere cantu,
Carmina, quæ curuis in uallibus aſſultabant,
Incœpere, omnis Hymenæo ut ripa ſonaret.
Magnorum tædas ſuperûm, noctesq́ iugales,
Et cœli ueneranda canunt connubia Muſæ:
Nos thalamos Iſabella tuos, tua gaudia coniux
Sfortiade, tenerosq́ choris cantamus amores,
Sanctaq́ iura tori. Muſarum nec pudet illos,
Nec te Naïadum uirgo, aut te carminis heros
Pœniteat noſtri, dilectæ fontibus & nos
Pegaſeis, præbet Sebethus pocula nobis,
Sebethus liquidos fontes, & mollia tempe.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym
Tuq́ nouas uiſure faces, age Lucifer almum (phæ.
Pande iubar, roſeumq́ oriens caput exere: tandem
Expectate redi, nec amantum uota moratus

Coge

Coge tuis agedum flammis concedere noctem
Actutum, tibi ſi cupidi ſua uota mariti
Concipiunt, tardusq; redis ſi ſemper eiſdem:
Si tacita quem mente diu optauere puellæ,
Primaq; iucundæ uouerunt tempora noctis,
Exortum timidæ nutanti corde paueſcunt.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym
Fortunate gener tibi lux, tibi pulcher Eous (phæ.
Deſerit Oceanum: tibi candidus explicat ignes,
Candidaq; ora refert, fauſto tibi ſidere portat
Coniugium, dulcesq; toros, lætosq; hymenæos.
Dexter enim è cœlo, dexter Iouis aſtitit ales
Naſcenti, crepuitq; nouum ter plauſibus omen
Aduolitans, dextrumq; affulgens riſit Olympus.
Heſperia in magna multis è millibus uni
Virgineos iunctura ſinus Aragonia uirgo
Adueniat, ſociosq; toros paret aurea coniux. (phæ.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym
Fortunate gener, magnus tibi proſocer Atlas,
Quotq; ſibi à prima percenſet origine Iberus,
Aduenient reges ſoceri, dis æqua propago.
Hos tibi per titulos, atq; hæc per nomina felix,
Adueniet felix eadem ſub ſtragula coniux,
Sidonio tecum excipiat quam lectus in oſtro
Languidulos tenero ſociantem pectore ſomnos,
Maternum ſeri numerent genus unde nepotes,

Seq;

Seq; olim magnis iactent à regibus ortos.
Dicite Hymen Hymenae Hymen ter dicite Nym
Illa tibi amplexusq; feret, noctemq; beatam, (pha.
Implebitq; tuos niuea ceruice lacertos.
Qualem nulla tulit priſcis heroibus ætas:
Ipſa nec Eurotæ uiderunt flumina Nymphas,
Taygeti aut iuga uirgineis luſtrata choreis.
Nec noſtri uidere chori, quibus addita, qualis
Aurora exoriens ſtellis nitet alma fugatis,
Purpureum'ue ſolet bruma cedente nouum uer:
Candida ſe talem nobis Iſabella ferebat.
Dicite Hymen Hymenae Hymen ter dicite Nym
Illam Dia parens dum nixibus edit in auras, (pha.
Ambroſio exceptam gremio Venus aurea fouit,
Et formam, formæq; decus, decori addit honorem.
Ac primas tibi uirgo alijs cedentibus, inquit,
Prima feres, Veneri tantum collata ſecundas.
Dicite Hymen Hymenae Hymen ter dicite Nym
Admouit quoq; blāda manus Saturnia Iuno, (pha.
Permulcensq; artus, Sceptris haud, inquit, auitis
Sceptra minora gerens, Latias Regina per urbes
Incedes, populisq; potens, & diuite regno.
Magna Iouis coniux, magni tibi coniugis omen
Præcinit: hæcq; ſuis oppignerat oſcula dictis:
Oſculaq; in teneris ſonuerunt preſſa labellis. (pha.
Dicite Hymen Hymenae Hymen ter dicite Nym

Nec Pallas non læta ſuos impertit honores,
Naſcenti primos eadem ad cunabula cantus
Concinuit, ſuaſitq; leues tibi carmine ſomnos,
Atq; animum tibi uirgo, inquit, moresq; uerendos
Trado Diua, mares ſenſus, & uincere ſexus,
Pallas acum, doctasq; manus tibi cedet Arachne,
Cedam uicta libens Dea, dixit. ibi aurea totis
Fluxerunt cunis flauæ inſtrumenta Mineruæ,
Et radius, pectenq;, & inaurati calathiſci.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nymphæ.
Se Iunone Samos, iactãt ſe Pallade Athenæ:
Te Cyprus Cytherea, colũt iuga Cynthia Phœben:
At uirgo non una tuo de nomine tellus
Clareſcit, ſe noſtra tuis natalibus ornat
Parthenope, propriamq; uocat Sebethos alumnam,
Claraq; mox ipſis Inſubris terra feretur
Connubijs, flauusq; comas Ticinus, & ingens
Eridanus, pronoq; ruens celer Adua curſu
Attollent caput, & tanto ſe nomine cœlo
Aequantes, celſis elati cornibus ibunt.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nymphæ.
Maternam inuiſens Delon Latonia uirgo,
Lætatur dulciq; ſolo, & natalibus aruis,
Lætatur ſuperas repetens Proſerpina ſedes,
Myſtica maternæ cum ſacra reuiſit Eleuſis:
Tu quoq; Sfortiacos uirgo acceſſura penates,

Cognatas

Cognatas i læta domos, genus inclyta mater
Vnde ferens, tanto talem te Diua parenti
Progenuit, quod deinde tuis felicibus auctum
Connubijs, duplici confirmes addita uinclo,
Ipſa uiri fratriſq; tui, coniunxq; ſororq;.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym
Tales ritè toros, talesq; iniere Hymenæos, (pha
Saturno quos Rhea potens enixa marito,
Quum primos illi thalamos Thaumantias Iris
Inſtrueret, uarijs ſpectanda coloribus Iris,
Ambroſiæq; manus ſucco perfuſa nitenteis,
Aſtarentq; ſuis incinctæ ueſtibus Horæ:
Quum paſsim cœli per limina læta frequentes
Cœlicolæ obſtreperent, ac toto reddita Olympo
Frater io, coniunx & io, uox una ſonaret.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym
O patriæ, ô ſæcli decus Heroina, iugales (pha
Iam te ſub leges uocat, & ſua iura maritus.
At nos æquales, quibus idem ad flumina curſus,
Et certamen idem florum, ſtudiumq; decentes
Inſtaurare choros, noſtri iam ad munera luci
Manè reuertemur, iam te ſine munera nobis
Illa quidem placitura minus: namq; alta relictæ
Per nemora ut querulis uitulæ mugitibus inſtant,
Et gemitu matrem implorant, quæ montibus altis
Errauit, uiridi aut conualle oblita reſedit,

Mollia

Mollia prata ſecuta, nouos aut fortè hymenæos,
Cara tui ſic nos memores abitura relinquis.
Aeternùm dulciſq; animis hærebis imago:
Te noſtri recinent luſus, te noſtra ſonabunt
Carmina, te thyaſi, primæ tibi munera noſtra
Pendebunt ſuaue halantes de more corollæ:
Prima tibi unguenta, & patrios fundemus odores
Vmbroſam ſub loton, opaco uertice lotos
Sebethi patris ad ripas ſpectanda uirebit.
Quodq; oculo properante aliquis, properante carina
Præteriens legat, hòc ſignabit littera carmen,
Grandior inciſum teneris quod præferat arbos
Corticibus: Cole me, Iſabellæ ego regia lotos.
Hæc ita nos. at tu diuis egreſſa ſecundis,
Ibis in amplexus cari exoptata mariti,
Qui robuſta tuo circundet brachia collo,
Virgineaq; ſinum Zona mox ſoluere pergat,
Fœcundam exercens optata prole iuuentam:
Inde tuos mox iam matri miſſura nepotes
In gremium: formoſa decor queis matris ab ore
Miſceat ora, maremq; ferant à patre uigorem.
Dicite Hymen Hymenææ Hymen, ter dicite Nym
Sed te iam placidis ſpirantes flatibus auræ, (phæ.
Pacatumq; uocat nautis properantibus æquor,
Increpat & ſumma rector de puppe morantem.
Ingredere, optataſq; uias pede ſuſcipe læto,

Oſcula, germanumq́; pios age deſere fletus.
Tu quoq; lachrymulas uirgo iam mittere tempus:
Abſtergent tibi ſingultus mox gaudia tantos,
Gaudia, quæ lachrymis aliter teſtere profuſis.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym̃
En dextro claſſē tetigit pede: iam procul alta (pha.
Conſpicitur uirgo in puppi, lætiq́; recepta
Clamorem tollunt nautæ, iam uincula ſoluunt:
Iam pontem, funemq́; legunt, cauaq́; æra coruſco
Igne tonant, crebriſq́; laceſſunt ictibus auras,
Ac ualidis diſploſa ſonoribus aera complent,
Egreſſæ bona ſigna rati, & ſoluentibus omen.
Talis ad Aemonium frenato piſce maritum
Vecta Thetys, leui aut ſedit cum Cypria concha.
Dicite Hymen Hymenæe Hymen ter dicite Nym̃
Prouehitur ſed iã pelago ratis, actaq́; remis (pha.
Littora deſeruit: dubios iam lintea uiſus
Paulatim, flenteiſq́; oculos ſeruata relinquunt.
Nos quoq; uox, nos ipſa animi mens deſerit omnis,
Infractiq́; labant gelido ſub pectore ſenſus.
Quod ſupereſt, uotis te uirgo, & mente ſequemur.
Ergo ſeu patrio digreſſam littore, curuo
Excipiat Caieta ſinu: ſeu te Anxuris arces,
Circæoſq́; lacus iuxta, & Tyberina legentem
Oſtia, nec fidum nautis mare, remige dextro
Flectentem facili adnitens tranſmiſerit aura:

Puppis & Herculeos inuiſerit hoſpita portus:
Siue Argoa tuis ſpumeſcant æquora remis,
Quà patet effoßis fœcundior Ilua metallis,
Et uaſtos pelagi in fluctus Populonia mater
Proſpectat, ſummoq́ attollitur ardua ſaxo:
Seu tua Neleæ remorentur lintea Piſæ,
Rorantesq́ imo tollens de gurgite uultus
Labentem niueæ præter uada cærula Lunæ
Aſpiciat procul, & Nymphis ſtipatus adoret
Macra ſuis adſtans ripis pater: ac tua tandem
Littora delatam regnis Ligus ora maritis
Accipiat, prima & puppim ueneretur herilem:
Dum ſacros Erycis portus, tutosq́ receßus
Ipſa ſuis nantem excipiens Venus alma lacertis
Inuehat, optatisq́ adſignet deniq́ terris.
Nereides tibi, Nereides Tyrrhena propago,
Numina, Neſæe, Melitæaq́, Cymodoceq́,
Glauceq́, Spioq́, Ianiraq́, pulchraq́ Doto,
Amphinomeq́, Opisq́, Pheruſaq́, Dexameneq́,
Atq́ Halie, atq́ Thoe, & flauo crine Amathuſa,
Maternumq́ Thetys nunc primùm oblita dolorem,
Aßiſtant, ſternantq́ uiam, & comitētur euntem,
Certatimq́ tuæ præludat turba carinæ.
Iam uotis nos te uirgo, iam mente ſequemur.
Mox ubi iam pelagi tantum, & permenſa uiarum,
Contigeris cupidas dilecti coniugis ulnas,
Grataq́

Grataq́ ſollicitos tandem nox iunget amantes,
Aeternos uobis Cypris dea, Cypris amores,
Concordesq́ animos, & mutua uincula nectat:
Vincula, quæ ſeræ maneant ad fata ſenectæ.
Fœcundet Latona torum, Latona perenni
Prole domum: Latona genus per ſæcla propaget.
Iuppiter ingentes det opes, det Iuppiter annos,
Regnaq́, fortunamq́ domus ſine fine manentem.
Dicite Hymen, iterate Hymen Hymenæe puellæ:
Dulcis Hymē Hymenæe Hymē ades ô Hymenæe.

EIVSDEM AD ACTIVM Sincerum, & M. Ant. fratres.

VNanimi fratres, rapta qui matre doletis,
Et deſiderio fletis uterq́ pio:
Deſinite à lachrymis, tam ſanctos lædere manes
Vos uetat Elyſijs illa recepta choris.
Illic optatis longum complexibus hærens,
Iucundo fruitur coniugis ore ſui,
Feliceſq́ animas inter, cœtusq́ uerendos,
Narrat natorum de pietate parens:
Scilicet his ut ſpem uiduæ ſolata iuuentæ,
Deſerti tulerit frigida regna tori:
Addit & obſequia, & dulces cū pondere mores,
Iam tum quum patrias ferret uterq́ uices.
Quū ſimul et Nymphas, Satyrorū & cātat amores,

Eſtq́ in Sinceri carmine tota ſui.
Quòd ſubito cantu turba excipiente Deorum,
Hinc illinc uarijs plauſibus arua ſonant.
Maßiliam chorus omnis, & ætheriæ conualles,
Maßiliam totis reddit & aura locis.
Illa autem æternos caro cum coniuge greßus
Iungit: & Elyſium ſic terit alta nemus.
Quo iam pro lachrymis Panchæos urite odores,
Orpheaq́ moue tu fidis alter opus:
Non quibus infernas ille exorauerat umbras,
Flebilibus ſupplex auſus adire modis:
Sed quibus & diuûm laudes, ipſosq́ canendo
Heroas, cœlo ſideribusq́ locat.
Has mitti iubet inferias hæc funera mater:
Ipſa ſibi has lachrymas, hæc ſibi buſta rogat.

EIVSDEM.

Hanc faciẽ, et niueæ tã rarũ frontis honorẽ,
His'ue roſis hæc quis lilia miſcet? Amor.
Quis gemina aut illic ſuccendit ſidera? quis'ue
Arcum illic, illic ſpicula condit? Amor.
Rubra quis in teneris polit hæc corallia labris?
Aut hoc intus ebur finxit ab arte? Venus.
Quis decus effingit morum? quis uerba loquenti?
Clam'ue decor qui te ſubſequitur? Charites.
Quis formam ſine labe dedit? digitosq́ manusq́,

Quis format nullo crimine membra? Venus.
Quis mihi perpetuos hos nutrit in oſsibus ignes?
Frons, oculi, facies, uerba, labella, decor.

EIVSDEM.

IVnius ut primùm materna eſt editus aluo,
Miratæ puerum circuiere deæ.
Dum certant, optatq́ ſuum dum qualibet: inter
Certantes rapuit Cypria baſiolum,
Atq; ait: hæc noſtrum defendant pignora. at illi
Preſſa rubet tenui nunc quoq; mala nota.

EIVSDEM.

SIue furor, ſeu ſit ratio, contemnere uitam,
Alterius uitam perdere dum properas:
Inde mones iuuenum confidentiſsime, quàm ſit
Et fragile, & fallax, & breue uita bonum.

INCERTI AVCTORIS, IN Gabrielem Altilium.

PRotulit Altiliū, quæ protulit ora Maronem:
Protulit una duos, abſtulit una duos.
Felicem euentum ſortita eſt utraq; tellus:
Altera per cunas, altera per tumulos.

INCERTI AVCTORIS in Marium puerum.

SVrge Mari, ſurgente Deo mirabitur orbis,
A` gemino geminum Sole redire diem.

ANDREAE NAVGERII.

Dum tibi dona parat, dũ flauo è uertice uellit
Nos Domina, atq; ipſum hoc dædala texit opus,
Fleuit: & ô, dixit, felices ite capilli:
Cur mihi nunc crines non licet eſſe meos?

HIERONYMI AMALTHEI, in Hermetem Stampam.

VAlete aprica montium cacumina:
Valete opaca uallium cubilia:
Veſtris Iolas it procul receſſibus.
Miſelle Iola, non uidebis amplius
Amata tauris prata mugientibus,
Olente calta, olente picta amaraco.
Miſelle Iola, non uidebis amplius
Dorſo recumbens graminum uirentium,
Deprælia ntes cornibus iuuenculos.
Non tibi ſuſurri fluminum ſonantium,
Non ſibilantes blandientur ilices,
Inire nec ſuadebit aura ſomnulos.
Abire certum eſt, & minaci in æquore
Iras uidere inſanientis Africi:

Videre

Videre monſtra per fretum natantia,
Et imminentis mille lethi imagines.
Miſelle Iola parce, parce conqueri:
Tibi ſequendum, ſiue Nili adiuerit
Hermes latentes ultimas origines,
Inhoſpitalis ſiue ſaxa Caucaſi.
Quare ualete montium cacumina:
Valete opaca uallium cubilia.

GABRIELIS ALTILII
in Chriſtum ſepultum.

TE'NE ego magne Pater, te'ne alti rector Olympi,
Te'ne ego ſic lacerum indignos crudeliter artus,
Sic poſitum aſpicio? quem non uaſta atria cœli,
Non mundus cepit: tegit heu breuis urna ſepultum.
Nec miſeri aßiduos lachrymarũ fundimus amnes?
Tanta nec æterno deflemus funera luctu?
At tellus tremefacta, latensq́; in nubibus aer,
Cunctaq́; turbatis flerunt elementa figuris:
Fleuit Sol nigra tingens ferrugine cœlum,
Ipſaq́; lugubri crines uelauit amictu,
Auctorem miſerata ſuum mœſtißima Phœbe,
Atq; auerſa nouus ſtupefecit ſidera mundus.
Heu dolor, heu pietas, heu quæ manus impia tantũ
Auſa nephas? neq; enim diris illa excidit auſis.
An ne parũ fuerat, patrium modò linquere cœlũ?

Nec dedignatum miſeræ commercia terræ?
Quodq́; Deum miſcens homini (mirabile dictu)
Induere humanos non faſtidiueris artus?
Triſta quin diræ paſſus ludibria gentis,
Ferre necem, & noſtro uoluiſti occumbere letho.
Sic quondam charæ diuulſus ab ubere matris,
Mitis ubi extructas agnus mactatur ad aras,
Noſtra luis commiſſa, tuo nos ſanguine ſeruas,
Dulciaq́; æternæ das noſcere præmia uitæ.
Quo iā ſumme Pater (nam ſuprà quicquid, et infrà
Te uenerata tuos obſeruant omnia nutus) eſt,
Da, ſeu te infirmæ tangunt contagia partis,
Terra, Prometheumq́; lutum, primordia noſtra:
Seu dolor, & faſſæ ſpes non indebita mentis,
Nec tua difficilis noſtræ clementia culpæ,
Vt qui mœſta pÿ repetentes orgia ſacri
Annua ſolenni colimus myſteria luctu:
Per te pacatæ defunctis munere uitæ,
Supremus tenues cum ſpiritus ibit in auras,
Elyſÿ læta arua poli, ſedesq́; beatæ,
Pollicitiq́; tui pateant non irrita dona.

GEORGII CORTESII
Card. Hymnus in Virginem
Matrem.

S*Vaue dicite uirgines*
Carmen, & uario caput

Flore

F lore cingite: totus hic
T ranſeat celebris dies,
E t pia prece lætus.
S plendidum uiden' ut micat
L umen? Aduenit, aduenit
V irgo, quæ peperit Deum,
S ola quæ meruit Parens,
V irgoq́; & nurus eſſe.
Q ualis in Libano cedrus,
E t uelut platanus uirens
E xplicat patulas comas:
Q uæq́; creuit in arduis
C ollibus cypariſſus:
E t uelut crocea nitet
V eſte, quæ fugat emicans
D iua Luciferum, aut nigra
F arcta mercibus Indiæ
S ulcat æquora nauis:
T alis hæc graditur roſis
V incta purpureis caput,
Q uæ throno ſedet aureo,
I nter candida lilia,
E t rubros amaranthos.
H inc, & hinc reſonant chori,
S pirat undiq; cinnamum
A ura leniter inſtrepens

S umma per iuga montium.
R idet undiq; terra.
I pſa per medios uenit
A xe quadriiugo ſedens,
C ana quam ſequitur fides,
E t pudicitiæ latus
S eruat, optima cuſtos.
C ernis: ut iubar induat
S olis: ut pedibus premat
L unam, ut & caput ambiant
S idera, ac Dominam genus
L audet omne animantum?
Q uare uos agite obuias
V irgini date uirgines.
S plendeat rutilo chorus
I gne. Thura manu pia
L ucidis date flammis.
N e tamen maculas pudor
V ſpiam malè traxerit
S ordidas, caueat rogo,
S i qua uirgineo cupit
I re proxima curru.
S entit illico Virginis
V irgo ſentit anhelitum,
V t ſagax leporem canis.
V irgo quæ fuerit, placet,

D igna

D igna Virgine ſocru.
N am quot reppererit, ſtatim
T ot nurus faciet ſibi.
V nicum genuit quidem:
S ed poteſt tamen hoc. Deus
N atus unicus ille eſt.

F I N I S.

LAVRENTII GAMbaræ Brixiani Poematum Libri tres.

NAVTICA, ECLOGA prima.

AD IVLIVM TERTIVM Pont. Maximum.

Chorinæus.

ALME pater, rerum ſeries cui credita IVLI,
Quem Deus omnipotens, totiusq́; arbiter æui
Ipſe deum dedit in terris, quà lucidus alto
Conſurgit, uel quà rutilus cadit æquore Titan:
Quà timet Oceani ſe tingere fluctibus Arctos:
Quaq́; uidet læua medium Sol arduus axem.
Nunc quoniam nos nulla metu Bellona fatigat,
Noſtra nec Iſmarias horreſcunt littora puppes,
Auſpice te, niueo inuehitur ſed candida curru
Per Latium Pax exultans, & amata reducis
Otia: tu Pater alme leues ne deſpice curas
Pieridum, inuentasq́; alio ſub cardine gentes.
Iam mare Tyrrhenum Siculus ſulcabat Orōtes,
Et uictor ducibus captis, prædaq́; potitus
In Libyam tendebat iter, Getulaq́; uerſus
Littora:

Littora: quum primùm rutilo ſe Sirius aſtro
Oſtentat cœlo, atq; æſtu ſitit arida tellus.
Interea dum lenta ferunt freta cœrula puppim,
Tum ſic Thuſcus ait puppi Chorinæus ab alta:
Dum faciles ſpirant auræ, domitorq́; profundi
Cœruleis inuectus equis premit aſpera curru
Aequora, & iratum placat mare, nosq́; Pelori
Fugimus horrentes ſcopulos, latrãtia longè (undis:
Monſtra canũ, & placidis alacres uada currimus
Ipſe ego, quẽ quondam Ligurũ ratis ad freta uexit
Cannibalûm, nec non longinqua ad littora Cubæ,
Diuerſos hominum mores, herboſaq́; ponti
Marmora, & Heſperijs incognita ſidera nautis
Expediam (dictu mirabile) uos mihi Nymphæ
Nereides, tuq́; ô rector Neptune profundi,
Et tu Nereidum genitrix, longæuaq́; Tethys,
Qui me, Tyrrhenamq́; ratem duxiſtis ad oras
Cannibalûm, atq; iterum pelago per longa remenſo
Oceani ſpacia incolumem ſub numine ueſtro
Auſoniæ patrias tandem duxiſtis ad oras:
Vnanimes uos ferte pedem, pluuiosq́; ſub antris
Aeolijs cohibete Notos, & murmura ponti.
Sub ueris tepidos ſoles, quum Taurus Olympo
Conſpicitur, uiridesq́; comas nemus induit, & quũ
Surgit ab occaſu Zephyrus, deſuetaq́; ponto
In mare uela uocat, pelagi nec territus horret
Nauta

Nauta minas, ſed longa leui petit æquora cymba:
Tunc nos Heſperiæ fines, & littora læti
Liquimus, Oceaniq́ uias penetrauimus, æquorq́
Hactenus ignotum nautis: Solemq́ ſequuti
Mergentem ſeſe, ferimur per inhoſpita ſaxa.
Tum noſter ſeſe uertex ſubducere cœpit,
Aſtrorumq́ alios hunc contra aſpeximus ignes,
Atq́ aliam cœli faciem: quam credidit Auſtri
Eſſe plagam Ligur Vcalegon: nam uertice in illo
Quattuor ingenti radiantia ſidera luce,
Et noſtris maiora nitent, quæ per freta puppes
Inſuetos pelagi tractus, curſumq́ docerent.
Sed nos ignariq́ uiæ, trepidiq́ procellis
Ire iterum in rapidos fluctus, & inhoſpita ſaxa
Cogimur, & dubias uentis committere naues,
Protinus excutimur ſinuoſa per æquora curſu,
Diſperſi, rapidisq́ Notis iactamur, & undis.
Tunc iterum ſeſe noſtris oſtendere cœpit
Luminibus cœlo uertex ſublimis ab alto,
Hic ubi perpetuò uenti maria inuia uoluunt:
Et paßim (nec uana loquor) uiret herba profundo
Remigijs inuiſa: rates fluitantia tardant
Semina; & undantes rapidis ſub fluctibus herbæ.
Illic nos ſyluas legimus, quas longa gerebant
Littora, & arua ſimul nullis obnoxia raſtris,
Et tandem feßos poſt mille pericula lethi,

Inſula

Inſulæ Oceano in uaſto ſub ſidere Cancri
Accipiunt: hic ante alias ſe tollit ab alto
Terra mari; terra auratis fœcunda metallis,
Et felix gemmis: gens illic cymbia ſaxo,
Craterasq́; cauat, ſolidaq́; ex arbore lyntres.
Hæc auro innectit crinem, & nigrantia colla,
Et fuluum pendet patulis è naribus aurum.
Quid memorē pictas uolucres, quæ frondea circum
Rura uolant, cantusq́; ſuos noctiq́; dieiq́;
Aequant, & uarijs implent concentibus auras?
Quas inter canit Eois non natus in oris
Pſittacus, & uolucrum cantus imitatur, & altis
Arboribus ſtrepit, & lingua noua uerba loquaci
Ingeminat, repetitq́; hominum per guttura uoces.
His circum uirides ſylua, uicinaq́; ſyluis
Rura ſonant, liquidiq́; cauis ſub rupibus amnes.
Illic eſt adeò placidi mitiſsima cœli
Tempeſtas, hyeme ut media ſua gramina ſeruent
Fœcundi paſsim colles, & balſama frondes,
Et denſis modulentur aues noua carmina ſyluis.
Pars dulcem frondentis alunt in uertice pinus
Progeniem: pars oua fouent: pars ilice nigra
Nidificant, latebrisq́; domos frondentibus abdunt.
Sunt illic paruiq́; canes, mutiq́;, nec ullas
Aſsueti turbare feras, ſtabulis'ue luporum
Incurſus prohibere graues: hi regia tantum

Tecta

Tecta tenent, conduntq́ ſuos ſine murmure Soles.
Vidi lanigeras non longè à littore ſyluas,
Et paßim arboreis pendentia uellera ramis.
Vidi & odoratos alio ſed littore lucos,
Frondentes quorum rami mollißima ſeruant
Vellera, quæ leuibus ſiliquis incluſa teguntur.
Hic paßim innumeras deducit in æquora baccas,
Permiſtosq́ auro latices placidißimus amnis,
Humidus è cælo præſertim Iuppiter alto
Quum ruit, & largo tellurem uerberat imbre.
Illic purpureis effulgere littora gemmis
Vidimus, aurataq́ niteſcere litus arena:
Paſcitur & monſtrum ſyluas, cui Dædala mirum
Ingenium natura dedit: nam fœmina pellem
Iuxta uterum uacuam oſtentat, qua ſedula ſecum
Fert natos, ætas donec iuuenilis adultos
Fecerit, atq́ habiles curſu. quotiesq́ recentes
Tondet odoratas immiſtis floribus herbas,
Exponit toties teneros in gramine fœtus:
Atq́ unà modò paſcit, ouans modò ludit in herba.
Quum uerò uidet illa feras per prata uagari,
Tunc natos legit, annexaq́ reponit in aluo,
Et raptim fugiens ſecum ſua pignora defert.
Vidi equidem populos, qui lata per oppida Regem
Sublimem portent humeris, nec cernitur unquam
Aut pedes, aut ſubuectus equo, curru'ue ſonanti.

Hîc gentes nudæ incedunt, quibus edere prolem
Haud licitum eſt: donec placidis effluxerit annis
Purpureus flos ætatis: nec pignora curant
Illius, quæ ter denos non uiderit annos.
Illæ herbis abigunt partus, uenturaq́; ad auras
Corpora dant letho triſti: & ſi fortè labores
Lucinæ furtim ſit uirgo experta iuuenta,
Illam certa manet ſæuo ſub uindice pœna.
Quinetiam (nec uana fides) dum mortua Regum
Corpora ſubijciunt flammis, ſimul optima coniunx,
Et magis ante alias dilecta, aſcendit amatos
Sponte rogos, flammisq́; ſuos crepitantibus artus
Ædluit, & amplexu fruitur poſt fata mariti.
Hoc faciunt belliq́; duces, famuliq́; uolentes,
Quos olim Rex ingenti dilexit amore:
(Vtq́; ferunt) hæ ſæua tenent poſt funera gentes
Elyſij ſedes unà cum Rege beatas.
Sunt populi, qui creſcentis noua cornua Phœbes,
Aetheriumq́; colunt Solem, quum ſurgit ab undis
Oceani, cœloq́; diem, nobisq́; labores
Pulſa nocte refert: alij ſub imagine diuos
Natiuo inſignita auro uenerantur, & illos
Sanguine natorũ ſpargunt, quum lumina primum
Attingunt dulcis uitæ. iacet inſula longo
Cincta ſinu, & rapido circum pulſata profundo:
Qua genus acre uirûm floret, belliq́; iuuentus

Aſpera,

Aſpera, finitimasq́ armis inuadere gentes
Aſſueta, & pelagi percurrere lintribus undas:
Captiuos uerubus figunt, & pinguia torrent
Viſcera, & in campis læti ueſcuntur apricis:
Fœmineo generi ignoſcunt, trepidæq́ ſenectæ:
Et quoties uento feruet mare, protinus arma
Corripiunt, littusq́ petunt, pulſasq́ procellis
Littora ad ipſa rates rapiunt, ſpoliantq́ feruntq́.
Parte alia Martis gens eſt aſſueta labori,
Quæ faciem baccis ebuli, nudataq́ pingit
Pectora mille notis, uiridiq́ colore lacertos
Spargit, in hoſtiles quoties parat ire phalanges:
Corpora quin alij ſiccant regumq́ ducumq́
Magnanimûm poſt fata, terũtq́, et puluere Bacchũ
Spumantem pateris miſcent, pugnataq́ quondam
Bella ſimul laudesq́ canunt, & puluere eodem
Solennes ſpargunt epulas, magnaq́ uiciſſim
Voce uocant illorum animas, & uoce ſalutant.
Vt uerò cecinere ſuos per carmina reges,
Tunc læti indulgent Baccho, ſparſisq́ ſuorum
Puluere ueſcuntur dapibus. Gens proxima, regum
Corpora ſic conſumpta ſacris penetralibus abdit,
Atq́ ea (ſic fama eſt) magno ueneratur honore,
Et noctu uolitare animas poſt funera credit.
Nec non & denſis maculoſo tergore ſyluis
Serpentes paſſim naſcuntur, & æquora certis

Temporibus trãquilla colunt: ſed quum redit annus
Fœcundans læto gremium telluris honore,
Tunc ſyluas & prata tenent, & mollibus herbis
Ingluuiem, aut pomis uulgò naſcentibus explent.
Hos noctu laqueis captant, dum lumina feſsi
Declinant ſomno, uel quum rapidiſsimus imber
Præcipitat, cœliq; micant de partibus ignes:
Illi etenim cœliq; minas, hyemisq; futuræ
Haud perferre ualent: ſectos in fruſta colurnis
Infigunt uerubus, ſyluisq; epulantur in altis.
Hi ſeſe perhibent terra genitrice creatos,
Atq; olim è ſpecubus lucis ueniſſe ſub auras.
Hic iuuet & memorare deos, quos inſula Zemes
Cuba uocat: quibus effoſsis poſuere latebris
Templa rudi conſtructa auro, rigidoq; adamante.
Coralio longè rutilant, & iaſpide poſtes,
Veſtibulumq; ſolumq; nitet gemmisq; auroq;.
Hinc circum indigenæ gentes oracula poſcunt.
Reddidit hæc olim uates reſponſa Sacerdos,
Conſultus ſuper imperio: Nunc ô mea pubes,
Permiſtiq; ſenes pueris, matresq; nurusq;,
Quos ſemper gremio ueluti mea pignora foui,
Queis ſemper reſponſa dedi, & uentura retexi
Fata hominũ haud incerta: dies inopina propinquat
Qua regnum hoc felix, et regia ſceptra tenebunt
Veſtibus indutæ gentes, quas extera claſsis

Huc

Huc uehet: hosq́ deos tollent, operoſaq́ templa
Euertent, legesq́ nouas & ſacra docebunt.
Hæc uates de more dedit reſponſa Sacerdos.
Nec uerò faciles animos deluſit inani
Augurio: nam uix ſeptena aduenerat æſtas,
Quum Ligur Heſperijs ratibus iam contigit Idas,
Dux ratis ignotos portus, & littora Cubæ,
Et latè imperio populos, & regna ſubegit:
Et noua iura dedit populis, ritusq́ ſacrorum.
Quid referam, ut læta felici littore gentes
Perpetuum certis agitent ſub moribus æuum?
Illic non populi leges tabularia ſeruant,
Illorum non cura animos accendit habendi:
Non aurum effoſſa quiſquam tellure recondit:
Non captant Regem inſidijs, bello'ue laceſſunt.
In medijs habitant conſtructa mapalia ſyluis,
Quæ cedro, palmaq́ tegunt: tutiq́ uagantur
Prata per, agreſtesq́ domos: non extera uerrunt
Aequora, non merces aliena ad littora portant.
Non animum informant ſtudijs, fractosq́ tubarum
Haud trepidi audiuere ſonos: Pax aurea ſeruat
Immunes belli gentes: non craſtina curant
Tempora, nec Lunæ metuunt obnoxia Phœbo
Lumina, nec morbo languent, nec Apollinis artes
Norunt, aut unquam ſuccos hauſere ſalubres.
Externos nondum mores Chorinæus, & urbes

Deſierat memorare, uident quum littora nautæ
In mare cæruleum, qua Bagrada conditur amnis.
Tunc læti flectunt curſus ad fluminis oras,
Carbaſaq́; funesq́; legunt, tranſtrisq́; reponunt.

ECLOGA SECVNDA, TRITON, ad Baſilium Zanchium.

Medon. Lycabas.

O Lycaba, quæ Tyrrheno modò littore uidi,
Dũ nitidus manè exoriẽs læta æquora Titã
Auratis ſpargit radijs, & lampade luſtrat:
Et lætæ nidum alcyones, natosq́; reuiſunt?
L. Dic age, dic dilecte Medon, dũ nos mare nautas
Pacatum tenet, & placidis freta uerrimus undis.
M. Dicam equidẽ, fas ſit quæcunq; audita referre:
Et poſſem pelagi populos, Neptuniaq́; arua,
Aequoreosq́; deos memorare, & læta ſub undis
Paſcua, & Oceani ſubter uaga flumina rupes:
Quoq́; modo, quibus inſidijs, quáue arte latentes
Aequore ſub uaſto poſſet quis fallere piſces.
Namq; ego, dum placidis ætas floreret ab annis,
Tyrrhenum agnoui Buten, quem fama ferebat
Horribiles ſolitum laqueis innectere phocas.
Hunc olim Clymene miro dilexit amore,
Et ſubter pelagi ſedes deduxit, & omnes
Scire dolos, artesq́; dedit, queis retia ponto
Tenderet,

Tenderet, aut longa captaret arundine piſces.
Hic mihi ſæpe ſedens pelagi memorabat ad undam
Nominaq́; & mores gentis, formamq́; genusq́;,
Et bella inter ſe noſtrarum more ferarum.
Nunc uerò ô Lycaba ſat erit, Tritona canentem
Audiſſe, & diuûm curas ad littus inanes,
Flebilibusq́; ſuos referentem cantibus ignes.
Eſt ingens ſpecus exeſi prope littoris oram,
Qua ſublime iugum Circæi montis ad auras
Tendit, & incuruo latè premit æquora dorſo.
Hunc paſſim errãtes hederæ, & uiburna corymbis
Nexa tegunt, manat de uertice dulcis aquæ fons,
Permulcens gelidis uiridantia gramina lymphis:
Dum ſequitur Triton fugientem cærula circum
Cymothoen, uiridi hoc feſſus ſe condidit antro,
Cui uaga cæſaries per ſquamea colla fluebãt,
Glaucaq́; ſub uiridi radiabant lumina fronte:
Os ſciſſum, deforme, cauum, naresq́; recuruæ:
Delphinûm induerat caudas, qua parte reflectit
Hiſpida crura, quibus toto regit æquore curſus.
Dumq́; cànit, commotæ undæ, commotus & omnis
Tritonum chorus, & fera monſtra latentia ponto.
Tũc Nymphæ, pelagi Nymphæ per ſumma natantes
Marmora conueniunt: Beroe, Dorisq́;, Eratoq́;
Pulchra comas, atq; ante alias dilecta parenti,
Amphinomeq́;, Thoeq́;, Acteaq́;, Glauconomeq́;

Coralijsq; ornata Ephyre,collumq; manusq;,
Et roſeo ſuffuſa genas Arethuſa colore.
Cantabat Tethyn,rerumq; Deumq; parentem
Oceanum:utq; ille ætherij ſpacia ardua cœli,
Vt Solem,Lunæq; globum,uoluentiaq; aſtra
Ediderit,nitidumq; diem,noctiſq; tenebras:
Terramq;,monteſq; ſuper firmauerit altos:
Vnde tot irrigui fontes,unde alta fluenta,
Vnde lacus latè liquidi,& tumida æquora ſurgãt.
Addit & Idæo natas in uertice pinus,
Nympharum in faciem notũ iam nare per æquor.
Nec non audaces Tyrrheno in gurgite nautas,
Delphinûm in toruos uultus ut uerterit Euan.
Ille olim genitam (ſi uera eſt fama) Dionen
E ſpuma maris Oceani referebat,& illam
Tendentem Paphias concha ſuper æquora ad oras.
Neptunum addebat moderantem cuncta tridenti
Aequora,cæruleoſq; deos:utq; ille ſub antris
Oceani incautam compreſſerit Amphitriten.
Felicemq; torum laudat:tum Nerea centum
Progenuiſſe refert germana è Doride Nymphas.
Hinc Glaucũ patrias linquentẽ Anthedonis oras,
Et Scyllæ captum indigno ſolatur amore.
Infelix,ah quid Neptuni accumbere menſis
Te iuuat,aut merſis pelago ſuccurrere nautis?
Si non ulla quies animo eſt,ſi Scylla reliquit
Exanimem,

Exanimem, meritas ſoluit Scylla impia pœnas.
Delitet illa etenim Siculis immerſa ſub undis,
Tot gemitus inter pelagi, & reſonantia ſaxa.
Prothea ſubiungit uatem, magniq́; parentis
Hiſpida cœruleis paſcentem armenta ſub undis.
Tum canit, ut uitreo ſe promat ab æquore Nympha,
Nympha maris Siculi magnũ decus, et uocet Acym
Sectantem canibus lepores, mox nota petentem
Littora, & accipiat gremio, laſſumq́; recenti
Venatu foueat, toruo quos lumine Cyclops
Proſpiciens, rapido indomitũ pede currit in æquor.
Se maris inueniſſe cauo ſub gurgite concham
Iactat, & Aeolys ferro terebraſſe ſub antris,
Inq́; fugam illius ſonitu uertiſſe Gigantes
Terrigenas, cœli qui iam conuexa tenebant.
Tum demum ille ſuos cantu referebat amores.
Cymothoe immitis, quo te ſub gurgite nantem
Inueniam? tu me hoc pelagi tentare profundum
Cogis, & Oceani fines, atq; inuia nautis
Aequora, nec curas tantos ingrata labores?
Crudelis, tu me morientem ad flumina Nili
Vidiſti toties: & opem mihi ferre negaſti.
Me uocat abſentem pulcherrima Laomedia,
Me Clymene, & Siculis degens Galatea ſub undis
Inuitat, nec non longis Panopea capillis.
Ah demens, quem Saga manu ter gurgite merſit

Oceani, Eois quum Sol decedit ab undis.
Illa aſperſa maris ſpuma ter uincula nodis
Implicuit, ter uoce Erebum, atq; ignota uocauit
Numina, ſemianimem rapido me in uortice liquit:
Per noctem iacui madida moribundus in alga.
Huc ades hos inter ſcopulos, quà frangitur unda,
Quà dulces ſpirant auræ, te munera noſtra
Expectant, manet Eois ditiſsima gemmis
Concha ingens, quã cingit ebur, quã ſuſtinet ingẽs
Chryſolithus pedibus ternis, anſasq; hyacinthus
Circundat, uiridi intertextus iaſpide & auro.
Quid? quòd & æſtiuo quum Sole incãduit æquor,
Hac reſidens concha ſecreti ad littoris amnem
Perfundes gelidis candentia corpora lymphis.
Muneraq; attulimus rubro quæſita profundo,
Atq; electra diu croceo perfuſa colore.
Eridane, extremo quà tendis in æquora curſu,
Quid tibi tunc animi eſt? num te felicior alter?
Cymothoe dum Nympha tuis ſeſe abluit undis,
Dum ſedet in ripa, ſomnos dum captat, & auras,
O fortunati fluctus, quos littora Cretæ
Proſpiciunt, quibus illa ſuos conſumere ſoles
Sæpe ſolet, comitumq; manu ſociata ſororum
Inſtaurare choros Dictæa per æquora, quum Sol
Surgentem cœlo Taurum ſpectauit aperto:
Ah quantum ueſtris longè diſiungimur undis.

Vt ſatis inſanos cantu defleuit amores,
Inſonuit concha curuato in littore circum,
Cymothoenq́ uocat: referunt caua littora circum
Cymothoen, reſonant Nymphæ lata æquora nomen.
Tunc procul errantem fluitantia per freta Triton
Cymothoen uidit: & ſcopulo ſe mittit ab alto
In mare, præcipitiq́ ſecat uada cœrula curſu,
Atq; illam rapido ſinuoſa per æquora motu
Perſequitur, fugit illa leues reuoluta per undas.
Hac ego, noſter amor, noſtro decus addite ſæclo
Muſarum Zanchi cura, & gratiſsime Phœbo,
Vernantes inter ſyluas ſaltusq́ canebam,
Pomoſi quà prata rigant Aniena fluenta
Tiburis, Argeiq́ nitentia culta coloni:
Dum tu graminea in ripa, quà Serrius undas
Voluit, & aurato ſtringit loca pinguia cornu,
Felices hortos cantu, ſedesq́ beatas
Florentis Sophiæ memoras, mox arduus alto
Inueheris cœlo: & ſacræ conuiuia menſæ,
Cœleſtes epulas, communia gaudia diuûm
Aeternis manſura canit tua pagina ſæclis.

ECLOGA

ECLOGA TERTIA, DAMAſtor, ſiue Petrus Cannicer Aragonius, Ferdinandi Romanorum Regis Archiatrus.

Idas, Damaſtor, Pharon.

ILiacos iuxta fines, littusq́; repoſtum
Stagnantis pelagi locus eſt, ubi cornua longè
Extollit præceps Simois, magnoq́; fragoſus
Vndarum ſtrepitu latè ſe effundit in æquor
Sigæum, Xanthi immiſto iam turgidus amne.
Planicies hic longa iacet, ſat cognita nautis,
Præcipuè Libycis uentus quum ſurgit ab oris,
Et totum inuoluit rapidis mare fluctibus: & quum
Nigrantes poſuere Noti, & tumida unda quieuit.
Quam circum aeriæ frondoſo uertice quercus
Incingunt: latet obſcuris palus abdita ſyluis,
Deducens dulces ſinuoſa in marmora lymphas.
Hunc læti incolumesq́; locum tenuere Damaſtor
Arcas, Erythræusq́; Pharon, & Lesbius Idas:
Idas remigij rector, quo tutior alter
Non luſtrat freta ſalſa: Pharon, quē temnere uētos,
Venturasq́; hyemes pelago experientia longa
Edocuit: cithara inſignis, & uoce Damaſtor,
Et pelagi luſtrare uias, & temnere uentos.
Aſt alij ſubeunt luco, quà denſior horret

Vmbra

Vmbra loco, qua Sol radianti lumine nunquam
Diſcutit æternas umbras, paßimq́; per herbam
Dant ſeſe ſomno impauidi: tunc maximus Idas
Propter aquam reſidens, placidè eſt ita farier orſus.
I. Has inter nemorum frondes leuis aura Damaſtor
Dum crepitat, morſuq́; tenax ligat anchora puppes,
Et nos incolumes Phrygium Simoenta tenemus,
Tu ſine uentoſi ſurgens maris inſonet unda,
Nos iuuet ingenti feßos ſuccedere quercu,
Quà uirides pandit ramos, & frondea denſas
Ramorum tenebras umbroſo uertice texit:
Teq́; diu promißa iuuet iam carmina nobis
Reddere, & immenſos cantu releuare labores.
Quid dubitas? omnes portum ſubiere biremes
Phorbantis conſanguinei: nam ſæua per æquor
Paulatim deſæuit hyems, dextrumq́; petiuit
Littus, & Aegeas ſtridens properauit ad oras.
D. Sic equidem uoluebam animo, celeres licet Euri
Vrgerent, agerentq́; rates Phorbantis in altum
Aequor, ubi horriſonis ſpumabant ſaxa ſub undis.
Sed ueſtros adhibete animos: ego carmina uobis
Iam promißa canam: Boreæ dum ſpiritus undas
Aerias cœlo rapidus fugat, haſq́; per umbras
Aſpirant tenues animæ. tunc talia lætus
Dicta Pharon ripæ uiridantis ab aggere fudit.
P. O' Phœbi decus, & Phœbo dilecte Damaſtor,

Quem

Quem toties ponti uiderunt numina cantu
Mulcentẽ phocas, & ſecum mille trahentem
Mõſtra maris, citharã manibus cape, munera Phœ (bi,
Et dignum Phœbo carmen meditare ſub umbra.
Nautica tunc querulis intendere carmina neruis
Incipit, atq; oculos inimica ad littora torſit.
D. Has olim pelagi fatis Leander iniquis
Debitus, intrabat nullo cum remige fauces:
Quem nunquam nantem uidit Tithonia coniunx
Exoriens, non Solis equi: pulcherrima tantum
Conſpexit Phœbe, peteret dum littora Seſti.
Ille etenim infelix picea ſub nocte, ſub undis
Occubuit ſuperante ſalo, tumidum mare uexit
Aetheria iam luce carens ad littora corpus,
Quà lychnum ſeruans Hero monſtrabat amanti
Obſcura ſub nocte uiam: miſer ille iacebat
Exanimis. Hero tanti ſed neſcia fati,
Sollicitat tacitis Neptunia numina uotis.
Luciferum quæ prima uehis, quæ lumina mundo
Prima refers nitidi uelox prænuncia Solis,
Tu Dea dic: uidiſti etenim, dum luthea cœlo
Effulges, ſparſisq; ferum mare luce recenti,
Sub lucem morientem Hero, Dea candida pande,
Olli quis ſenſus, perago dum fundere lumen
Te uidit, tremulumq; noua mare fulgere luce:
Nec uidit de more ſuum prope littus amantem.

Illa oculos circum uoluens iam pallida & amens,
Nocturnaq́ hyemis memor, imperterrita turrim
Aſcendit, iam certa mori: uix lumina circum
Voluerat, aeriæ prope limina turris amantem
Quum uidit lacerum ſcopulis, fluctuq́ tumenti.
Non chlamydē exanimata ſcidit, nō marmora que-
Impleuit, ſed ſe turri deiecit ab alta (ſtu
Cum ſonitu, moriēsq́ ſuum complexa maritum eſt.
Infelix puer, amplexu tua te tenet Hero
Extinctum, lacerumq́. ſimul uos per Styga uexit
Cærula cymba, ſimul uos fortunata nitentis
Elyſij nemora incolitis, gelidosq́ receſſus.
Indomitum mare, cui nomen miſerabilis Helle
Inuiſum nautis poſuit, dum per freta longa
Effugeret ſæuaq́ minas, iramq́ nouercæ.
Hanc ingens timor arripuit, quum ſurgere pontum
Vidit, & æquoreis mediam ſe aſpexit in undis,
Atq́ amens collapſa manu radiantia terga
Liquit, & infido fecit noua nomina ponto.
Quid referā? ut Thetys alma choro comitāte ſororū
Fuderit ingentes hoc ipſo in littore queſtus,
Et triſti extinctum fato defleuerit Achillem.
Abſtulit hoc etiam clarum Didymaona bello,
Dum redit in patriam uictor, prædaq́ ſuperbus
Barbarica, domitoq́ Tago, regnisq́ ſubactis:
Helleſpontiacum triplici dum claſſe per æquor
Exultat,

Exultat, captũq́; ducem & ſpolia ampla reportat.
Hoc etiam rapidis dirum mare fluctibus Idam
Oppreſſit Ligurum, primus qui littora Cubæ
Attigit, & primas noſtris incognita nautis
Aequora, et oppoſitũq́; polũ, & noua ſidera uidit,
Et fortunatas alio ſub cardine terras.
Ah miſer, aſſiduè quem non potuere procellæ
Extremi maris Oceani ſubmergere, dum tu
Perquiris noua regna, nouosq́; inuadere fines
Cannibalûm nouus ardor habet, te merſit Abydi
Naufragæ grauis unda, ratesq́; illiſit arenæ.
Nereides totis flerunt tua funera Nymphæ
Aequoribus, fleuit domitor maris, & tua fata
Aſpera deflerunt mœſti per littora nautæ.
Quinetiam (ſi uera Ligur mihi rettulit Alcon)
Infremuit mare Tyrrhenum, & fera corruit alto
Tempeſtas demiſſa polo: celer aſtitit Eurus,
Deprenſasq́; rates Tyrrheno in gurgite adegit
In ſcopulos, ſyrtesq́;, graui incumbente procella.
Dum canit, Euxiniq́; natans ſub fluctibus audit
Tritonum chorus omnis, eumq́; immenſa fluenta
Cantantem audiuere, uagæ Oceanitides ultrò
Oblitæ choreas, ſtratum plauſere per æquor.

ECLO-

ECLOGA QVARTA;
Sacrificium.

Amilcon, Eurydamas:

Tendebat Liparæ fractis ad littora remis
Cnoſius Eurydamas, crudeli impulſus ab au=
Cærula cõmittit tumido dũ carbaſa ponto, (ſtro;
Nec timet Aeolio dimiſſos carcere uentos,
Vno, eodemq́ mari, uentoq́ agitatus Amilcon,
Littoreis Lyparæ ſiluis conſtruxerat aras
Neptuno, Tethidiq́, quibus tumida æquora ponti
Vicerat, & capta nauem ſeruarat arena,
Occurrens prior ad littus ſic infit Amilcon:
Quàm lætor, dum te incolumem, ſociosq́, ratemq́
Aſpicio: Siculis te merſum rebar in undis:
Inferiasq́ tibi, ſupremaq́ dona parabam.
Hæc eadem ducebam animo, quũ turbidus auſter
Ingrueret capiti, totumq́ euerteret æquor:
Autolyci nauem ante oculos, geminasq́ biremes
Illiſit ſcopulis, rapidoq́ in uortice merſit.
Vidi ego per tumidos morientum corpora fluctus:
Vidiſti, quibus auſter aquis, quo turbine ferret
Diſiectas pelago naues: ego Cycladas inter
Sæpe fui, Maleæq́ inter reſonantia ſaxa.
Non tamen hanc pelagi faciem uidi, licet auſtri
Deprenſas agerent agitata per æquora puppes.

Naufraga uela, uolensq́ tuo nos numine ſerua.
Interea dum ſacra ferunt ſolennia nautæ
Ventisq́, Thetydiq́, & littoreo Neptuno,
Aerios nitido Phœbe uaga lumine curſus
Torquebat, bigis reſidens, nec nubilus æther
Aſtrorum cœli rutilos obduxerat ignes,
Quum læti nautæ placidum mare nauibus intrant:
Oſtendit quibus ipſa uiam Latonia Luna, (bæ.
Et Zephyrus per ſumma leues uehit æquora cym-

ECLOGA QVINTA, AD Franciſcum Robuſterum Tarraconenſem.

Limniace.

EGregium Franciſce genus, cui conſcia ueri
Pectora ſunt: qui ſacra tenes, & ciuica iura;
Ne deſis, dum pacato ſilet æquore pontus:
Liminacen ne'ue ad littus contemne dolentem.
Nocturnos ſtellarum ignes uix Lucifer alto
Diſpulerat, uix orta dies renouauerat orbem
Luce noua: dum ros madido de gramine nondum
Decutitur, ſed adhuc reficit ſua pignora tellus,
Et latè redolent lætiſsima floribus arua:
Quum petijt mœrens ſecretum Cnoſia littus
Limniace, quam miſta Amyco Lyrneſia Leuce
Connixa eſt furtim, multa qua pronus arena

In pelagi tumidas raptim fluit Inachus undas.
Tum mare proſpiciens, dubijq́ incommoda ponti,
Hos queſtus ſecum ſola meditatur arena.
Infelix uirgo, liquit quam miles amator,
Et prædas atq arma ſequi, rapidosq́ calores
Sæpe pati, longasq́ hyemes, & frigora brumæ
Maluit, & gelido captare ſub æthere ſomnos.
Interdum tamen & belli furor impius, & Mars
Facta pace ſilet, uictor direpta reportat
Hoſtibus arma domum: mox ſeſe ex ordine captos
Accingit memorare duces, longoq́ uiciſſim
Contuſos bello populos, ſuperataq́ regna
Dum memorat, nunc ante ſui nota ora mariti
Læta ſedet, fruiturq́ uiri ſermone: nec ullis
Exercet curis uitam, nec pignora curat:
Et nunc mœſta ſilet dubio in certamine coniunx,
Vulnera dum, belliq́ uices, & prælia narrat.
Piſcator pelago captat, ſeu flumine piſces,
Siue lacu ſtagnantis aquæ: quum ueſper amictu
Nigranti gelidæ noctis ſe obnubit, ad urbem
Cum præda lætus properat: grauis inde reuertens
Aere domum, parto fruitur cum coniuge cara:
Et uiſco qui fallit aues, ſeu retibus, & qui
Vertit humum ferro incuruo, ſeu mollia falce
Prata ſecat, frugesq́ metit, quum ſacra Sacerdos
Indicit populis, redeunt ad dulcia tecta.

In triuijsq; agitant choreas, quas æſculus umbra
Ingenti tegit, & ramis frondentibus ambit.
Venator ſiluas prima ſub luce fatigat,
Inuoluitq; feras laqueis, aut comminus haſta
Infenſa aggreditur, moriens cadit illa repentè
Ante oculos: iuga ſumma petit uel ſaucia, & altis
Se condit nemorum iamiam moritura latebris.
At coniunx lecto carpit ſecura quietem.
Ille etenim lætus ſpolijs & cæde ferarum,
Fert ſera ſe nocte domum, carosq; penates
Inuiſit, tenerisq; diu complexibus hæret.
Infelix, quam paſtor amat, cui flumina cordi,
Et nemorum dulces umbræ, qui montibus æuum
Exigit, aut conualle caua, lentusq; ſub umbra
Populea pecudum numeros & ſigna recenſet,
Et modò paſcit oues, uiridi modò ludit in herba
Agreſtem calamis muſam: modò ducit ad alta
Flumina iam ſaturos herboſa in ualle iuuencos.
Expectat tamen hunc reſidens in limine coniunx.
Et laſſum amplexu molli fouet: ille ſub altis
Claudit oues ſtabulis, dapibusq; epulatur ad undã
Fluminis, aut uiridi in luco, qua murmurat unda
Frondentem ſubter pinum, ſyluamq; comantem.
Infelix illa ante alias, quam torquet amator
Nauita: nam ſeu frigus habet terrasq; fretumq;,
Seu floret uer purpureum, ſeu meſſor in agris

Maturas

Maturas ſegetes tondet, ſeu colligit uuas
Vinitor: ille tamen lætus tenet æquora puppi,
Miraturq́ nouas alio ſub cardine terras,
Littoreis capiturq́ locis, & gaudet ab alto
Proſpiciens humiles terras, atq; inuia Nerei
Regna, leuesq́ maris uolitare per æquora puppes,
Oblitus patriam, & dilectæ coniugis ora.
Quàm ferus ille, minas pelagi qui primus, & atro
Turbine commòtum ſpreuit mare, ſeq́ procellis
Miſcuit: hunc Libycæ genitum de ſtirpe leænæ
Crediderim, Stygioq́ genus deducere ab orco.
Quid proſunt mihi coralia? et tua munera quondã
Heſperio deuecta ſinu, quaq́ altus in æquor
Se mergit latè Ganges, ubi plurima toto
Littore gemma micat uario perfuſa colore?
Immitis Celadon, ſæua æquora ſemper amabis,
Et uarios pelagi caſus? iam uertitur æſtas
Altera, nec curas patrios inuiſere portus.
Care redi, care ô Celadon: te te tua coniunx
Limniace manet, & lentos ſuſpirat amores:
Nam mihi amara dies ſine te, lachrymoſaq́ nox eſt,
Veſtis acutè picta manet, quam flexilis ambit
Limbus: & intextis circum nitet alba figuris.
Cernere erit fluitantem undis ab Apolline Delum
Firmatam, quæ prima altis emerſit ab undis.
Vt primùm pater omnipotens ſubſidere pontum

Iuſsit, & immiſso nimbos Aquilone remouit,
Illic aſpicies intacta per æquora puppim
Euectam, & Scythici tendentem ad Phaſidis oras.
Puppe ſedet procerum princeps & ductor Iaſon:
Hunc iuxta Agniades clauũ regit, & uigil auras
Explorat, cœloq́ notat radiantia ſigna.
In medio ratis Alcides ſedet arduus, omnesq́
Argiuos toruo proceres ſuper eminet ore.
Quos inter cithara aurata dum perſonat Orpheus,
Aſtrorum primos ortus, & ſemina rerum,
Et mare ſecluſum terris, & ab æthere cœlum,
Subſidunt pelagi fluctus, & euntibus auræ
Aſpirant, mitisq́ fauet Deus æquoris alti.
Proximus his Euphemus adeſt, qui ſumma parẽtis
Per freta Neptuni pedes incedebat, & auras
Aequabat rapido curſu: cui non procul haſta
Inſignis, gladioq́ hæret Sicyonius Actor.
Threycij in medio procerum ſtant agmine fratres
Alipedes, quibus albentes caua tempora pennæ
Attollunt ſeſe circum: quibus aera magnum
Nubilaq́ alta ſecant rapidi, cœloq́ fruuntur:
Cærulei per colla fluunt, per pectora crines:
Dependent pharetræ, curuataq́ taxus in arcum
Ex humeris, lateri Iſmarius ſine cuſpide mucro
Dependet bullis circum inſignitus, & auro.
Aſt alij iuga longa tenent: hic Caſtora cernes,
Pol-

Pollucemq́ſimul, quos uno candida partu
Læda tulit, quorum contendere cæſtibus alter,
Alter equos domitare bonus, uel uincere curſu.
Queis radiant capiti galeæ, flammisq́ coruſcant.
Ardentes ſtellarum apices argentea uelant
Tempora, & aurato rutilat de uertice fulgor.
His ſe Deucalion comitem Gortynius addit,
Quiq́ Ioui referebat auum, galeaq́ ſuperbus
Ex auro gerit Europam, Nymphasq́ uocantem,
Cœleſtesq́ deas Sidonia marmora propter,
Et tauri euectam Dictæa ad littora dorſo.
Ipſa Argo uentis intacta per æquora fertur,
Quam circũ exultant Nymphæ, miratur & omnis
Neptuni chorus heroas, radiantia longè
Arma ducum, fuluoq́ ratem proſcindere roſtro
Hactenus ignotum miſeris mortalibus æquor.
Parte alia ſtupet æquoreis Neptunus in undis,
Miratus molem inſuetam, & data carbaſa uentis:
Attonitusq́ haurit ſtrepitum, dũ marmora remis
Pulſa ſecant magni Heroes, dum remige forti
Cyaneas ſuperant cautes, & inhoſpita ponti
Aequora, & optato ſe tandem littore ſiſtunt.
Omnia quæ quondam ſenior mihi rettulit Agmon,
Dum mecum ſedet ad littus, curasq́ relictæ
Colloquio leuat: atq́ inopem ſolatur, & unà
Exorat multis Nereia numina donis:

Pergebat memorare ſuas maleſana dolores
Limniace: ſed Sol uetuit, nam luce ſupremos
Spargebat ſolita montes, paßimq́; ſub ipſo
Lumine ſplendebat tremulum mare, flabra uocabāt
Perfuſos ſomno uicino in littore nautas.
Hæc poſtquam de more preces pro coniuge fudit
Cælicolis, lacbrymans ſeſe ad ſua tecta recepit.

ECLOGA SEXTA.

Telon.

ORta dies ſine nube polo fulgebat ab alto,
Et rutilis Phœbus radijs, curruq́; nitenti
Aureus Eois ſeſe referebat ab undis,
Adriaciq́; minas pelagi, commotaq́; fundo
Aequora placarat paßim Neptunus, & omnem
Ventorum rabiem tenebroſo clauſerat antro
Aeolus, & placidum ſubter mare paſcua Delphin
Carpebat uirides algas, & gramina nota.
Non fragor auditur ſyluis, non littore curuo
Nigrantes ludunt fulicæ, non bucula uentos
Captat: at ipſa hyemis ſecura in ualle uirentes
Nunc auido dumos morſu, nunc pabula tondet.
Quum procul aduentare ratem per çærula cernit
Sublimi ſtans puppe Telon, dum proſpicit altum
Aethera iam uacuū nymbis, & murmure littus.
Dum uerò procurua legit loca concita puppis

Arma

Arma Telon, habituſq́; uirûm, pictaſq́; biremes
Nouit, & è puppi ſurgens ſic infit ab alta:
O' ratis ante alias felix, quæ ſpumea uerrunt
Cœrula, quæ pelago tecum mea gaudia deſers:
Et magnas Orientis opes, & Lydia regna.
Tu pelagi decus omne, deûm tu munera tecum
Sola uehis: tu digna magis, quàm nobilis Argo,
Sidereos inter cœli ſplendeſcere curſus:
Quamuis illa duces & Graiæ robora gentis
Phaſidis ad ripas perduxerit Aetæas,
Quamuis illa foret diuæ fabricata Mineruæ
Auxilio, iuſſuq́; uagi prope flumen Anauri,
Quæ poſſet tumidis Neptuni obſtare procellis,
Et canere inſtantes ſubiecta per æquora caſus,
Venturaſq́; hyemes pelago, niſi candida Circe
Flebilis Abſyrti crudelia fata piaſſet.
Nec claſſi inuideas Phrygiæ, quæ per freta longa
Quum uetitos peteret thalamos, abduxit ab oris
Tænarys Argiuam Helenen: licet illa Lacænas,
Iliacaſq́; nurus niueo candore, comaq́;
Per roſeos diffuſa humeros ſuperaret, & ore
Egregio, ſummoq́; foret Ioue nata parente,
Et ſola Argolicas ad prælia cogeret urbes.
Non tamen inferior forma eſt pulcherrima Leuce,
Quam uehis Adriaci pacata per æquora ponti,
Incolumem in patriam tepidi ſub tempora ueris.

Cymothee

Quem toties ponti uiderunt numina cantu
Mulcentẽ phocas, & ſecum mille trahentem (bi,
Mõſtra maris, citharã manibus cape, munera Phœ
Et dignum Phœbo carmen meditare ſub umbra.
Nautica tunc querulis intendere carmina neruis
Incipit, atq; oculos inimica ad littora torſit.
D. Has olim pelagi fatis Leander iniquis
Debitus, intrabat nullo cum remige fauces:
Quem nunquam nantem uidit Tithonia coniunx
Exoriens, non Solis equi: pulcherrima tantum
Conſpexit Phœbe, peteret dum littora Seſti.
Ille etenim infelix picea ſub nocte, ſub undis
Occubuit ſuperante ſalo, tumidum mare uexit
Aetheria iam luce carens ad littora corpus,
Quà lychnum ſeruans Hero monſtrabat amanti
Obſcura ſub nocte uiam: miſer ille iacebat
Exanimis. Hero tanti ſed neſcia fati,
Sollicitat tacitis Neptunia numina uotis.
Luciferum quæ prima uehis, quæ lumina mundo
Prima refers nitidi uelox prænuncia Solis,
Tu Dea dic: uidiſti etenim, dum luthea cœlo
Effulges, ſparſisq; ferum mare luce recenti,
Sub lucem morientem Hero, Dea candida pande,
Olli quis ſenſus, perago dum fundere lumen
Te uidit, tremulumq; noua mare fulgere luce:
Nec uidit de more ſuum prope littus amantem.

Illa

Illa oculos circum uoluens iam pallida & amens,
Nocturnaq; hyemis memor,imperterrita turrim
Aſcendit,iam certa mori:uix lumina circum
Voluerat,aeriæ prope limina turris amantem
Quum uidit lacerum ſcopulis,fluctuq; tumenti.
Non chlamydē exanimata ſcidit,nō marmora que-
Impleuit,ſed ſe turri deiecit ab alta (ſtu
Cum ſonitu,moriēsq; ſuum complexa maritum eſt.
Infelix puer,amplexu tua te tenet Hero
Extinctum,lacerumq;.ſimul uos per Styga uexit
Cærula cymba,ſimul uos fortunata nitentis
Elyſij nemora incolitis,gelidosq; receſſus.
Indomitum mare,cui nomen miſerabilis Helle
Inuiſum nautis poſuit,dum per freta longa
Effugeret ſæuæq; minas,iramq; nouercæ.
Hanc ingens timor arripuit,quum ſurgere pontum
Vidit,& æquoreis mediam ſe aſpexit in undis,
Atq; amens collapſa manu radiantia terga
Liquit,& infido fecit noua nomina ponto.
Quid referā? ut Thetys alma choro comitāte ſororū
Fuderit ingentes hoc ipſo in littore queſtus,
Et triſti extinctum fato defleuerit Achillem.
Abſtulit hoc etiam clarum Didymaona bello,
Dum redit in patriam uictor,prædaq; ſuperbus
Barbarica,domitoq; Tago,regnisq; ſubactis:
Helleſpontiacum triplici dum claſſe per æquor

Exultat.

Exultat, captūq́ ducem & ſpolia ampla reportat.
Hoc etiam rapidis dirum mare fluctibus Idam
Oppreßit Ligurum, primus qui littora Cubæ
Attigit, & primas noſtris incognita nautis
Aequora, et oppoſitūq́ polū, & noua ſidera uidit,
Et fortunatas alio ſub cardine terras.
Ah miſer, aßiduè quem non potuere procellæ
Extremi maris Oceani ſubmergere, dum tu
Perquiris noua regna, nouosq́ inuadere fines
Cannibalûm nouus ardor habet, te merſit Abydi
Naufraga grauis unda, ratesq́ illiſit arenæ.
Nereides totis flerunt tua funera Nymphæ
Aequoribus, fleuit domitor maris, & tua fata
Aſpera deflerunt mœſti per littora nautæ.
Quinetiam (ſi uera Ligur mihi rettulit Alcon)
Infremuit mare Tyrrhenum, & fera corruit alto
Tempeſtas demiſſa polo: celer aſtitit Eurus,
Deprenſasq́ rates Tyrrheno in gurgite adegit
In ſcopulos, ſyrtesq́, graui incumbente procella.
Dum canit, Euxiniq́ natans ſub fluctibus audit
Tritonum chorus omnis, eumq́ immenſa fluenta
Cantantem audiuere, uagæ Oceanitides ultrò
Oblitæ choreas, ſtratum plauſere per æquor.

ECLO-

ECLOGA QVARTA;

Sacrificium.

Amilcon, Eurydamas.

TEndebat Liparæ fractis ad littora remis
Cnoſius Eurydamas, crudeli impulſus ab au-
Cœrula cõmittit tumido dũ carbaſa ponto, (ſtro;
Nec timet Aeolio dimiſſos carcere uentos,
Vno, eodemq́; mari, uentoq́; agitatus Amilcon,
Littoreis Lyparæ ſiluis conſtruxerat aras
Neptuno, Tethidiq́;, quibus tumida æquora ponti
Vicerat, & capta nauem ſeruarat arena,
Occurrens prior ad littus ſic infit Amilcon:
Quàm lætor, dum te incolumem, ſociosq́;, ratemq́;
Aſpicio: Siculis te merſum rebar in undis:
Inferiasq́; tibi, ſupremaq́; dona parabam.
Hæc eadem ducebam animo, quũ turbidus auſter
Ingrueret capiti, totumq́; euerteret æquor:
Autolyci nauem ante oculos, geminasq́; biremes
Illiſit ſcopulis, rapidoq́; in uortice merſit.
Vidi ego per tumidos morientum corpora fluctus:
Vidiſti, quibus auſter aquis, quo turbine ferret
Diſiectas pelago naues: ego Cycladas inter
Sæpe fui, Maleæq́; inter reſonantia ſaxa.
Non tamen hanc pelagi faciem uidi, licet auſtri
Deprenſas agerent agitata per æquora puppes.

Cannibalûm terras longè, lateq́ repoſtas,
Diuiſum penitus noſtris regionibus orbem
Acceßi: (nam nona mihi propè uertitur ætas)
Atq; horum fines ultra, quà ſpectat ad Arctos
Inſula longa, ſalo circum pulſata ſonanti:
Et quà perpetuò uenti maria inuia uoluunt,
Et paßim (nec uana loquor) uiret herba profundo
Remigijs inuiſa, rates fluitantia tardant
Semina: nos eadem quamuis herboſa remenſi
Aequora per rapidos fluctus, per inhoſpita ſaxa,
Non tamē hanc molemq́, & aquas, aut aſpera uidi
Aequora commotis ita uertere Nerea uentis.
Sed nos interea, ſocij dum naufraga uela
Extendunt, iam uota Deûm ſoluamus in acta.
Mox læua de parte maris, quà murmure rauco
Inter concaua ſaxa fremit mare, & alluit umbras
Ingentis ſyluæ, aſpiciunt errare per herbam
Lanigerum pecus, & pictos latera ardua tauros.
Tunc alacres ſubitò expediunt arma omnia nautæ:
Inuaduntq́ greges, captosq́ ad littora cogunt,
Et donis cumulant aras, ſertisq́ coronant
Cæruleis, lætiq́ canunt præſentia ponti
Numina, & incuruo thyaſos in littore ducunt.
Deſpectans pelagi fluctus ſic fatur Amilcon.
A. Hunc nigris hircum uillis tibi mactat Amilcō.
Intonſumq́ caput pinu uelatus acuta

Immolat

Immolat ante aras hunc uaſto corpore thynnum,
Addit & hos Neptune ſues, & pinguia ponto
Exta iacit, ſpargitq́ mero uada ſalſa rubenti:
Quod Methymnæo ſoluens de littore ſecum
Attulit. hanc autem ſtricto mucrone iuuencam
Nerinæ Thetidi iugulat, lymphasq́ recentes
Libat, & accenſos libamina fundit in ignes.
Orta erat, & ſecum ducebat ſidera Phœbe,
Et nox nigrantes Erebi de ſedibus alas
Extulerat, cœlumq́ ingenti inuoluerat umbra:
Procuruo Cres Eurydamas in littore dextram
Attollens, geminas ſtellis orientibus aras
Alpino Boreæ ſtatuit, ſpargitq́ hyacinthis
Purpureis, & thura adolet, cui candida longis
Velleribus cadit agna: fecit ſub gutture uentis
Eois niueas pecudes, & debita uota
Exequitur, grates referens felicibus Euris:
E. Vos quoq; Amiclæi fratres, quibus alba quotannis
Agna cadit, quum ueſtra polo ſe ſidera monſtrant,
Flectite ad hæc mea ſacra oculos: hæc uictima uobis
Corruit, hæ geminæ lucent in littore flammæ.
Subſequitur de more caput uelatus Amilcon:
A. Et tu ſupremum numen mihi, cui freta parent
Omnia, cœruleiq́ habitantes æquora diui,
Et uenti, ſæuæq́ hyemes, tu dirige noſtras
Per pelagus Neptune uias, da ſiſtere portu

x 2 *Naufraga*

Naufraga uela, uolensq́ tuo nos numine ſerua.
Interea dum ſacra ferunt ſolennia nautæ
Ventisq́, Thetydiq́, & littoreo Neptuno,
Aerios nitido Phœbe uaga lumine curſus
Torquebat, bigis reſidens, nec nubilus æther
Aſtrorum cœli rutilos obduxerat ignes,
Quum læti nautæ placidum mare nauibus intrant:
Oſtendit quibus ipſa uiam Latonia Luna,
Et Zephyrus per ſumma leues uehit æquora cym- *(bas.*

ECLOGA QVINTA, AD Franciſcum Robuſterum Tarraconenſem.

Limniace.

EGregium Franciſce genus, cui conſcia ueri
Pectora ſunt: qui ſacra tenes, & ciuica iura,
Ne deſis, dum pacato ſilet æquore pontus:
Liminacen ne ue ad littus contemne dolentem.
Nocturnos ſtellarum ignes uix Lucifer alto
Diſpulerat, uix orta dies renouauerat orbem
Luce noua: dum ros madido de gramine nondum
Decutitur, ſed adhuc reficit ſua pignora tellus,
Et latè redolent lætiſſima floribus arua:
Quum petijt mœrens ſecretum Cnoſia littus
Limniace, quam miſta Amyco Lyrneſia Leuce
Connixa eſt furtim, multa qua pronus arena

In pelagi tumidas raptim fluit Inachus undas.
Tum mare proſpiciens, dubijq́ incommoda ponti,
Hos queſtus ſecum ſola meditatur arena.
Infelix uirgo, liquit quam miles amator,
Et prædas atq; arma ſequi, rapidosq́ calores
Sæpe pati, longasq́ hyemes, & frigora brumæ
Maluit, & gelido captare ſub æthere ſomnos.
Interdum tamen & belli furor impius, & Mars
Facta pace ſilet, uictor direpta reportat
Hoſtibus arma domum: mox ſeſe ex ordine captos
Accingit memorare duces, longoq́ uiciſsim
Contuſos bello populos, ſuperataq́ regna
Dum memorat, nunc ante ſui nota ora mariti
Læta ſedet, fruiturq́ uiri ſermone: nec ullis
Exercet curis uitam, nec pignora curat:
Et nunc mœſta ſilet dubio in certamine coniunx,
Vulnera dum, belliq́ uices, & prælia narrat.
Piſcator pelago captat, ſeu flumine piſces,
Siue lacu ſtagnantis aquæ: quum ueſper amictu
Nigranti gelidæ noctis ſe obnubit, ad urbem
Cum præda lætus properat: grauis inde reuertens
Aere domum, parto fruitur cum coniuge cara:
Et uiſco qui fallit aues, ſeu retibus, & qui
Vertit humum ferro incuruo, ſeu mollia falce
Prata ſecat, frugesq́ metit, quum ſacra Sacerdos
Indicit populis, redeunt ad dulcia tecta.

In triuijsq́ agitant choreas, quas æſculus umbra
Ingenti tegit, & ramis frondentibus ambit.
Venator ſiluas prima ſub luce fatigat,
Inuoluitq́ feras laqueis, aut comminus haſta
Infenſa aggreditur, moriens cadit illa repentè
Ante oculos: iuga ſumma petit uel ſaucia, & altis
Se condit nemorum iamiam moritura latebris.
At coniunx lecto carpit ſecura quietem.
Ille etenim lætus ſpolijs & cæde ferarum,
Fert ſera ſe nocte domum, caroſq́ penates
Inuiſit, teneriſq́ diu complexibus hæret.
Infelix, quam paſtor amat, cui flumina cordi,
Et nemorum dulces umbræ, qui montibus æuum
Exigit, aut conualle caua, lentuſq́ ſub umbra
Populea pecudum numeros & ſigna recenſet,
Et modò paſcit oues, uiridi modò ludit in herba
Agreſtem calamis muſam: modò ducit ad alta
Flumina iam ſaturos herboſa in ualle iuuencos.
Expectat tamen hunc reſidens in limine coniunx,
Et laſſum amplexu molli fouet: ille ſub altis
Claudit oues ſtabulis, dapibuſq́ epulatur ad undā
Fluminis, aut uiridi in luco, qua murmurat unda
Frondentem ſubter pinum, ſyluamq́ comantem.
Infelix illa ante alias, quam torquet amator
Nauita: nam ſeu frigus habet terraſq́ fretumq́,
Seu floret uer purpureum, ſeu meſſor in agris

Maturas ſegetes tondet, ſeu colligit uuas
Vinitor: ille tamen lætus tenet æquora puppi,
Miraturq́; nouas alio ſub cardine terras,
Littoreis capiturq́; locis, & gaudet ab alto
Proſpiciens humiles terras, atq; inuia Nerei
Regna, leuesq́; maris uolitare per æquora puppes,
Oblitus patriam, & dilectæ coniugis ora.
Quàm ferus ille, minas pelagi qui primus, & atro
Turbine commòtum ſpreuit mare, ſeq́; procellis
Miſcuit: hunc Libycæ genitum de ſtirpe leænæ
Crediderim, Stygioq́; genus deducere ab orco.
Quid proſunt mihi coralia? et tua munera quondã
Heſperio deuecta ſinu, quaq́; altus in æquor
Se mergit latè Ganges, ubi plurima toto
Littore gemma micat uario perfuſa colore?
Immitis Celadon, ſæua æquora ſemper amabis,
Et uarios pelagi caſus? iam uertitur æſtas
Altera, nec curas patrios inuiſere portus.
Care redi, care ô Celadon: te te tua coniunx
Limniace manet, & lentos ſuſpirat amores:
Nam mihi amara dies ſine te, lachrymoſaq́; nox eſt.
Veſtis acutè picta manet, quam flexilis ambit
Limbus: & intextis circum nitet alba figuris.
Cernere erit fluitantem undis ab Apolline Delum
Firmatam, quæ prima altis emerſit ab undis.
Vt primùm pater omnipotens ſubſidere pontum
 Iuſſit,

Iuſsit, & immiſſo nimbos Aquilone remouit,
Illic aſpicies intacta per æquora puppim
Euectam, & Scythici tendentem ad Phaſidis oras,
Puppe ſedet procerum princeps & ductor Iaſon:
Hunc iuxta Agniades clauũ regit, & uigil auras
Explorat, cœloq́; notat radiantia ſigna.
In medio ratis Alcides ſedet arduus, omnesq́;
Argiuos toruo proceres ſupereminet ore.
Quos inter cithara aurata dum perſonat Orpheus,
Aſtrorum primos ortus, & ſemina rerum,
Et mare ſecluſum terris, & ab æthere cœlum,
Subſidunt pelagi fluctus, & euntibus auræ
Aſpirant, mitisq́; fauet Deus æquoris alti.
Proximus his Euphemus adeſt, qui ſumma parẽtis
Per freta Neptuni pedes incedebat, & auras
Aequabat rapido curſu: cui non procul haſta
Inſignis, gladioq́; hæret Sicyonius Actor.
Threycij in medio procerum ſtant agmine fratres
Alipedes, quibus albentes caua tempora pennæ
Attollunt ſeſe circum: quibus aera magnum
Nubilaq́; alta ſecant rapidi, cœloq́; fruuntur:
Cærulei per colla fluunt, per pectora crines:
Dependent pharetræ, curuataq́; taxus in arcum
Ex humeris, lateri Iſmarius ſine cuſpide mucro
Dependet bullis circum inſignitus, & auro.
Aſt alij iuga longa tenent: hic Caſtora cernes,
Pol-

Pollucemq́ſimul, quos uno candida partu
Leda tulit, quorum contendere caeſtibus alter,
Alter equos domitare bonus, uel uincere curſu.
Queis radiant capiti galeæ, flammisq́ coruſcant.
Ardentes ſtellarum apices argentea uelant
Tempora, & aurato rutilat de uertice fulgor.
His ſe Deucalion comitem Gortynius addit,
Quiq́ Ioui referebat auum, galeaq́ ſuperbus
Ex auro gerit Europam, Nymphasq́ uocantem,
Cœleſtesq́ deas Sidonia marmora propter,
Et tauri euectam Dictæa ad littora dorſo.
Ipſa Argo uentis intacta per æquora fertur,
Quam circũ exultant Nymphæ, miratur & omnis
Neptuni chorus heroas, radiantia longè
Arma ducum, fuluoq́ ratem proſcindere roſtro
Hactenus ignotum miſeris mortalibus æquor.
Parte alia ſtupet æquoreis Neptunus in undis,
Miratus molem inſuetam, & data carbaſa uentis:
Attonitusq́ haurit ſtrepitum, dũ marmora remis
Pulſa ſecant magni Heroes, dum remige forti
Cyaneas ſuperant cautes, & inhoſpita ponti
Aequora, & optato ſe tandem littore ſiſtunt.
Omnia quæ quondam ſenior mihi rettulit Agmon,
Dum mecum ſedet ad littus, curasq́ relictæ
Colloquio leuat: atq́ inopem ſolatur, & unà
Exorat multis Nereia numina donis:

Pergebat memorare ſuas maleſana dolores
Limniace: ſed Sol uetuit, nam luce ſupremos
Spargebat ſolita montes, paßimq́; ſub ipſo
Lumine ſplendebat tremulum mare, flabra uocabãt
Perfuſos ſomno uicino in littore nautas.
Hæc poſtquam de more preces pro coniuge fudit
Cœlicolis, lacbrymans ſeſe ad ſua tecta recepit.

ECLOGA SEXTA.

Telon.

ORta dies ſine nube polo fulgebat ab alto,
Et rutilis Phœbus radijs, curruq́; nitenti
Aureus Eois ſeſe referebat ab undis,
Adriaciq́; minas pelagi, commotaq́; fundo
Aequora placarat paßim Neptunus, & omnem
Ventorum rabiem tenebroſo clauſerat antro
Aeolus, & placidum ſubter mare paſcua Delphin
Carpebat uirides algas, & gramina nota.
Non fragor auditur ſyluis, non littore curuo
Nigrantes ludunt fulicæ, non bucula uentos
Captat: at ipſa hyemis ſecura in ualle uirentes
Nunc auido dumos morſu, nunc pabula tondet.
Quum procul aduentare ratem per cœrula cernit
Sublimi ſtans puppe Telon, dum proſpicit altum
Aethera iam uacuũ nymbis, & murmure littus.
Dum uerò procurua legit loca concita puppis

Arma

Arma Telon, habituſq; uirûm, pictaſq; biremes
Nouit, & è puppi ſurgens ſic infit ab alta:
O' ratis ante alias felix, quæ ſpumea uerrunt
Cærula, quæ pelago tecum mea gaudia deſers:
Et magnas Orientis opes, & Lydia regna.
Tu pelagi decus omne, deûm tu munera tecum
Sola uehis: tu dignà magis, quàm nobilis Argo,
Sidereos inter cœli ſplendeſcere curſus:
Quamuis illa duces & Graia robora gentis
Phaſidis ad ripas perduxerit Aetæas,
Quamuis illa foret diuæ fabricata Mineruæ
Auxilio, iuſsuq; uagi prope flumen Anauri,
Quæ poſſet tumidis Neptuni obſtare procellis,
Et canere inſtantes ſubiecta per æquora caſus,
Venturaſq; hyemes pelago, niſi candida Circe
Flebilis Abſyrti crudelia fata piaſſet.
Nec claſsi inuideas Phrygiæ, quæ per freta longa
Quum uetitos peteret thalamos, abduxit ab oris
Tænarijs Argiuam Helenen: licet illa Lacænas,
Iliacaſq; nurus niueo candore, comaq;
Per roſeos diffuſa humeros ſuperaret, & ore
Egregio, ſummoq; foret Ioue nata parente,
Et ſola Argolicas ad prælia cogeret urbes.
Non tamen inferior forma eſt pulcherrima Leuce,
Quam uehis Adriaci pacata per æquora ponti,
Incolumem in patriam tepidi ſub tempora ueris.

Cymothoe forma inferior te iudice Triton
Eſt tua, ſi te uera loqui ſinit igneus ardor.
Nereides, quarũ domus eſt mare, dicite Nymphæ,
Dicite uos: uidiſtis enim, dum rector Olympi
Iuppiter in faciem tauri mutatus, ad urbes
(Quà rapido reſonat fluctu Gortynia tellus)
Sidoniam ueheret fraterna per æquora prædam,
Quæ fuerit Ioue digna magis: tuq́; humida ponti
Cui freta ſubijciunt ſeſe, magniq́; fluenta
Oceani Neptune pater, poſtquam alta fatentur
Cærula te Regem, ſalſos an pulchrior ulla
Intrarit fluctus curua rate, dic mihi: nec te
Tritonum comitante choro, Glauciq́; iuuenta
Addere pœniteat comitem tua per uada puppi.
Nam Leuce quacunq; tulit ſe, protinus omnes
Collecta fugiunt nubes, & flamina ponunt:
Quacunq; illa pedum ueſtigia rettulit, omnis
Ridet ager, reſonantq́; auium concentibus agri:
Et ſeu ſola tenet ſyluas, ſeu frondea ruris
Tecta ſubit, hæret lateri dea Cypria, nec non
Dulcis amor: Dryadum illecebris qui ferrea mulcet
Pectora, & accendit tacitis præcordia flammis.
I felix Leuce, dignos ſortita hymenæos.
Serta roſis intexta recentibus afferet Aegle,
Aegle littoreis cantu notiſsima ſiluis.
Nec non indigenæ tibi ruſtica dona coloni

Sponte

Sponte ferent, patriisq́ canent connubia læta
Carminibus, primisq́ onerabunt frugibus aras.
Hæc memorat dum pauca Telon, lituũq́ tubarũq́
Ingens exoritur uicina ad littora clangor,
Et pelagi caua ſaxa ſono pulſata reſultant:
Nec mora, detorquet clauum, ſuſpenſaq́ ſoluit
Vela Telon, mœſtusq́ nouem petit ora Timaui.

ECLOGA SEPTIMA.

Leucon.

DVcebant noctem iam ſidera, plenaq́ Phœbo
Luna renidenti terras ueſtibat amictu:
Claraq́ nox paßim radianti luce rubebat,
Ceu primo ſub Sole dies: quum dulcia Leucon
Liquit Amyclæus dilectæ littora Cretæ.
Ille dolens, curaq́ animum labefactus inani,
Accipit haud oculis noctem, ſed mœſtus acerbo
Diſceßu, celeriq́ fuga, ſe torquet amaris
Queſtibus, & lachrymãs mortẽ iam pallidus orat.
Mox ait: Heu qui me primis malus error ab annis
Abſtulit, & tenebris merſit ſtagnantis Auerni.
En uelut exul agam noctesq́ diesq́ per æquor,
Nec reducem patria ulterius me Creta uidebis:
Diſceßu mea lingua ſilet, ſuſpiria mentem
Eripiunt: largo tument mea lumina fletu:
Atq; anima inualidum corpus iam laßa relinquit.

Heu

Heu quanto magis illius nunc torqueor igne,
Me tanto magis in lachrymas iubet ire Cupido.
Quid mirũ? magis ardet amans quũ littus amatũ
Deſerit, atq; nouas inuiſere cogitur urbes.
Quid referã? non carmen amor, non gramina curat,
Sed ridet lachrymas, ſed funere gaudet amantum.
Ille ſenex uetus eſt, molli lanugine quamuis
Fulgentes malas non ueſtiat: ille nitenti
Occupat & faciem, præduraq; corpora fuco:
Et ſeſe puerum fingit, furtimq; medullis
Hæret, & arridens lethali armata ueneno
Tela iacet, tacitoq; petit præcordia ferro:
Et ludens ignem manibus gerit, oſſaq; torret.
Ah quantum illa fuit crudelis, et improba, quũ me
Deſeruit, miſeroſq; ſequi Stimiconis amores
Auſa fuit: cui nulla domus, cui nulla ſuperſunt
Paſcua, non ulla pecudes, ſed paſcit Amintæ
Armenta ad ripas, qua ſpumeus errat Oaxes:
Cuiq; color niger eſt, triſtiſq; aſpectus, & illam
Detinet inſignem facie: cui mollia colla
Sunt niueis puro candore æquanda liguſtris.
Et licet ille rudi confiſus arundine, ualles,
Idæumq; nemus reſonet: tamen illa canentem
Miratur, tollitq; rudes ſuper æthera cantus.
Ille meis fruitur donis, & dulcia miſcet
Oſcula, ſecurus recubans: non amplius illa

Me

Me tenet in gremio, ſed me & mea munera temnit.
Heu qui te miſerande furor conſumit, & omnem
Abſtulit hei miſero mentem, exanimũq́ relinquit:
O' felix, quem Sol oriens proſpectat euntem
Cum grege in herboſos ſaltus, dum cantat amores
Naiadum, paſcitq́ greges: & lætus amantis
Colloquio, ſuperis non inuidet, at petit amnem
Oceani emenſo quum iam defeſſus Olympo.
Illum proſpectat redeuntem in dulcia tecta.
Mane nouo uocat in ſyluas: ſed me tenet æquor,
Siue calore graui premitur, ſeu frigore tellus.
Ah ſaltem ad patrias mea corpora naufraga ſedes
Vnda uehat, Leucæ alta domus quà ſpectat in un-
Me forſan gremio accipiet miſerata dolentẽ: (das.
Nec roſeis parcetq́ genis, tenuiq́ capillo,
Et lachrymas dabit interdum, dabit oſcula rurſus:
Et lecto arſurum miſero mæſtiſsima ponet.
Et forſan tumulum ſtatuet, plenaq́ rubenti
Flore manu cineres ſparget: non illa ſub alto
Corde gerit rigidos ſilices, non effera tigris
Hanc genuit: caput attollit quà Medus Araxes,
Et maris Hircani, rapido pede fertur in undas.
Quid mirum? ſi me incautum, primaq́ iuuenta
Vicit amor: qui ſæpe Iouem, & cæleſtia uicit
Numina, cæruleosq́ deos, uolucresq́, ferasq́.
Imperio nam regna tenet, quácunq́ uidet Sol.

Quid

Quid dicam? tacitis accendit agreſtia curis
Armenta, indomitaq́; coquit corda aſpera flammâ.
Indignans ſecum aſſuetas auertitur umbras,
Fluminaq́; & lenes ſomnos, & paſcua taurus,
Errantem quærens alta in conualle iuuencam,
Inuentaq́; dies totos ſine gramine condit.
Atq; illam ſequitur, quoquò ueſtigia ponit:
Bellaq́; ſæpe mouet cara pro coniuge, & armos
Durat ad horribiles pugnas, nec uulnera uitat.
Et pelagi fera monſtra ineunt pro coniuge pugnas
Aequoreos ſubter curſus, uitamq́; relinquunt
Fluctibus in medijs. nam ſæpe ego mortua uidi
Corpora per pelagi placidos fluitantia tractus
Vere nouo, quum ſæuit Amor, cogitq́; natantum
Omne genus ruere in furias, ignemq́; ſub altis
Aequoribus. ſed quis ualeat tua tela Cupido
Effugere? aut aliquem curis imponere finem?
Ah demēs, ubi ſum? ſuprema ne fata propinquāt?
Non ita: namq; iterum repetam Gortynia rura,
Artemq́;, remosq́; tibi Neptune reponam:
Idæosq́; petam ſaltus, ubi candida Leuce
Luſtra per, aut per aperta feras fugat æquora curſu:
Aut lepores iuga ſumma leues, patriosq́; per agros
Inſequar, & parto donabo munere Leucen:
Atq; ibi iam uenator apros uenabor, & altis
Suſpendam ilicibus uictor capita hirta ferarum,
Illa

Illa meos alta aſpiciet de rupe labores.
Quid dicam? forſan noſtri miſerebitur ultrò
Vel poterit forſan precibus miteſcere noſtris.
Quid tum? ſi capta eſt Siculi Stimiconis amore?
Ipſe amor inſtabiles animos dat amantibus, illosq́;
Acribus inuoluit flammis: nunc ſubdita ſoluit
Pectora, nunc reuocat ueteres in pectora curas.
Dum Venus inſano Martis flagraret amore
Optatos Mars ſæpe toros, & amata reuiſit
Hoſpitia: at poſtquam uenantem uidit Adonin
In ſyluis Venus ipſa, alios iam percipit ignes,
Inuiſumq́; abolere cupit de pectore Martem.
Succeßit noua cura Deæ: Mars turbidus altas
Strymonis incoluit ripas, Rhodopeiaq́; arua.
Interdum Phrygij Anchiſæ non immemor, Idam
Incolit alma Venus, molliq́; in gramine dulcem,
Inter & amplexus ducit maleſana ſoporem.
Quin etiam Phœbi ſoror Endymione relicto,
Pana fouet dulci amplexu: mox Pana relinquit,
Et gremio Endymiona fouet, miſerata dolentem.
Dum uerò hæc recolit, longè freta mota reclamant,
Et præceps Notus æquoreis immurmurat undis.
Tunc Leucon, quà uentus agit per cœrula puppim,
Vertit iter: ſecat illa altos interrita fluctus.
Monſtrat enim Portunus iter, Panopeaq́; furtim
Impulit errantem pelago, portuq́; locauit.

ECLOGA OCTAVA.

Aegle.

Aegle, Telethuſa.

Alcimede, ueteriſq; nurus Telethuſa Lycormæ,
Et Siculi Stimiconis amor (iã nubilis) Aegle
Tænarias iter ad fauces prope curua tenebãt
Littora, qua patrio ſurgunt de marmore templa,
Tænario ſacrata Ioui: cui maximus aras
Tingit odoratas nigranti tergore taurus.
Illæ ubi pro caris ſoluerunt debita uota
Coniugibus, quos Neptunus ſeruarat ab undis
Ionijs, ſecuere uiam: quà littus amaros
Contingit pelagi nemoroſo tramite fluctus.
Tunc Aegle ſocias ſic eſt affata ſilentes:
O` comites, quas à teneris ego ſemper amaui,
Et quibus ipſa meos nudaui ſemper amores.
Me miſeram tenet alter amor, animoq; recurſat
Cura recens, uruntq; graues præcordia flammæ.
Nam patrijs notus paſtor Melibœus in oris,
Taygeti cui mille greges paſcuntur in altis
Verticibus, totidemq; imis in uallibus agnæ,
Aſsiduis poſcit precibus connubia noſtra.
Hunc, magnæ quum ſacra Pali ſolennia ferrent
Paſtores, templi ante fores mihi Niſa ſedentem
Monſtrauit, forma egregium, & iuuenilibus annis.

Isq;

Isq; ubi me Lycidæ tendentem ad paſcua uidit,
Palluit, erubuitq; ſimul, comitesq; reliquit,
Et nos à tergo eſt per florea prata ſecutus.
Mecũ erat Alcyone ſoror, et noua nupta Medontis.
Quid dicam? miſer ille dies noctesq; ſub umbras
Vicini nemoris ſolus ſpaciatur, & omnem
Oblitus pecoris curam, me obſeruat euntem
Luce noua ad Coriti fontes, & nocte paternam
Ante domum ueniente ſedet: ſic proxima noſtris
Culminibus mihi nuper anus Lyrneſia dixit.
Nunc Stimicon meus ignis abeſt, qui per freta ponti
Armatos Lyciæ pedites Orientis ad oras
Vexit, & in patriam rediturum rettulit Agmon,
Tranſierint concreta gelu quum frigora brumæ.
Vos teſtes, quæ dona mihi pulcherrima dudum
Attulerit, quum Sidonijs remeaſſet ab oris.
Quin (noſtri memor) extremo mihi munera miſit
Lecta mari, quæ Threycius puer attulit Hæmon.
Sed tantum non dona mouent, quantum ipſa iugali
In thalamo moror, & dulci Stimiconis amore.
Quid faceres Telethuſa? premũt hinc munera amã-
Atq; amor, & caræ toties promiſſa parentis. (tis,
Parte alia (nam uera loquar) Melibœus, amari
Dignus & hic, cui multa ſoli ſunt iugera: quiq;
Me ſolam (ni fallor) amat, cui gratus in ore
Eſt color, intonſumq; caput, nec lumina læui

Fronte notant agreſtem animum: licet inter opaca
Taygeti iuga ſit genitus, lætasq́; canendo
Inter oues primos florens expleuerit annos.
Tūc Telethuſa refert: Anima mihi carior Aegle,
Quis diuûm cuicunq; uelis te poſſe iugali
Connubio ſociare uetat, Stimicone relicto?
Exanimum hunc pelagi turbata per æquora forſan
Fluctus habet, uentiq́; truces morientia uerſant
Corpora per rapidos fluctus: percuſſaq́; fluctu
Littora, uota Deûm dum tu perſoluis in acta.
Nec data ſæpe tuæ ſine te promiſſa parentis
Vlla mouent: tu ſola etenim connubia firmas.
Ipſa ego quot mala ſum noctes perpeſſa, diesq́;,
(Annus enim tum me bis ſenus ceperat Aegle)
Ex quo ſum nautæ tædas experta mariti.
Quis neſcit? meus Hippocoon nūc tendit ad ortus,
Et modò ad occaſum Solis, modò torquet ad oras
Cannibalûm longos immenſa per æquora curſus.
Quum uerò in patriam redijt, naualia primus
Arma parat, quaſſaq́; ratem, & languentia curat
Corpora. ſed quum iā Zephyri leuis aura per æquor
Auditur, tranquilla tenet trabe marmora primus.
Semper amat ſeſe ſurgenti opponere fluctu,
Ignotosq́; maris gaudet penetrare receſſus:
Tantus amor pelagi. tunc me ſine coniuge Soles
Aeſtiui, longaq́; hyemis ſine coniuge noctes,

In tenebris merſam aſpiciunt: nec fingere crinem,
Cærulea'ue licet, niuea'ue inuiſere palla
Solennes ſuperûm ritus, uel proxima noſtro
Templa mari: miſeram tãtus grauis urget amaror.
Quinetiam merſasq; rates, ſubmerſaq; ponto
Corpora ſæpe uirûm ſi quis nouus aduena narrat:
Vel quoties cœlo ſtrident uenti, aut mare uentis
Tollitur, & gemitus pelagi latè inſonat Euro,
Oſſa quatit toties gelidus tremor, oraq; pallent
Frigore, & aſsiduis membris ſeſe implicat horror.
Quid prodeſt? ſi rara domum fert munera cõiunx,
Oceani deuecta ſinu? quà concolor auro
Sol oriens ſeſe Eois attollit ab undis:
Et uarios memorat ritus, inuentaq; nuper
Tot maria, & noſtris incognita ſidera nautis.
Alcimede dic cara comes (nam te quoq; uerſat
Sors eadem) dic, nõ'ne tuus Chorinæus Acarnan,
Et Phlegyas, pelágiq; minis aſsuetus Helenor,
Et Tegeæus Eryx, Libyæ occubuere profundo?
Sed miſeram dolor angit: habet nam pignora ſecum
Hippocoon, maria alta docet quæ currere, & alti
Noſcere ſigna poli, uentosq; & inhoſpita ponti
Aequora, tranquillosq; dies, hyemesq; futuras.
Quid tum? ſi patrias artes uorat unda retortis
Vorticibus, natosq; ſimul nec pignora matri
Flere licet: nec iam pelagi moritura ſub undis

Cernere,nec tumulo cineres decorare recenti:
Quare age,connubio iuuenem coniunge uolentem,
Cui tot oliuiferi colles,tot paſcua,totq́;
Taygeti iuga celſa greges,armentaq́; paſcunt.
Tu gelidos inter ſaltus,ſyluasq́; ſoporem
Sæpe leuem ſecura petes:nunc læta recumbes
Coniugis in gremio,uiridi uel in ilicis umbra:
Gramineo'ue toro,uitreus quà fundit in æquor
Eurotas uirides inter uaga flumina lauros.
Ille ſuos latus patrijs in ſaltibus ignes
Nunc tenui ſtipula,dulci modò carmine ludet:
Et circum uos uerna puer,paruusq́; Palæmon,
Atq; alij,quos ſæpe iuuat frondente ſub umbra,
Et calamis certare,& agreſti dicere Muſa,
Aſtabunt,totosq́; dies per carmina condent.
Impulit his animum dictis Telethuſa labantem,
Seuit & ardentes accenſa in uirgine curas.
Illa alacris fert nota leues per littora greſſus,
Suſpiransq́; oculos ad ſumma cacumina torſit
Taygeti,quà diues agris Melibœus amator
Innumeras ſolita pecudes paſcebat in umbra.

ECLOGA NONA.

Prognoſtica.

Thraſimenus, Periphas.

OCeano in magno,quà ſol iã pronus apertos
Proſpectat pelagi cãpos,iacet inſula diues,

Argen-

Argentiq́ auriq́ ferax, quæ regna feroces
Cannibali ditione tenent, & proxima bello
Regna acri inuadunt, miſcentq́ in littore pugnas.
His, Periphas, Thraxq́ Automedō, Thraſimenus et
Littoribus nuper tumidis aquilonibus acti (Actor
Appulerant, quum triſtis hyems currentia ſiſtit
Flumina, & aggeribus niueis iacet obruta tellus.
T. Tūc hyemis memor hæc puppi Thraſimenus ab
Nos, inquit, miſeros per tāta pericula nautas (alta:
Indomiti maris unda uehit: nunc æquora largo
Imbre tument: nunc aßiduis pulſata procellis
Attollunt uaſtos cœli per inania fluctus.
Et ſi fortè tenet portus ratis acta per æquor,
Aut fractos aquilone legunt in littore contos,
Aut ualidis infracta notis caua uela, uel alto
Gurgite ſubmerſos comites in littore deflent
Seruati nautæ ex ſcopulis, pelagoq́ tumenti.
P. Tūc Periphas: uaſti haud equidē Thraſimene ne
Incertas maris eße uias, nec fidere quenquā (gabo,
Poße ſalo, placidum uentis, & murmure rauco
Stet licet, & nullæ uolitent ſuper æquora nubes:
Sed ſi nauta notat curſus, ortusq́ recentes
Stellarum, ac cœli morem, pelagiq́ uicißim
Murmura, ſpirantesq́ notos, aut cærula Phœbi
Lumina, dum tremulo nitidum iubar æquore tollit:
Ille uiam maris inuadet, tutusq́ per alta

Aequora uela dabit, puppemq́ in littore ſiſtet
Innocuam: ſed nos quanto magis unda reclamat
Ad littus, ſæuitq́ fretis plangentibus auſter,
Impauidi tanto magis æquora ſalſa tenemus:
Siue hyeme in media: ſeu quum Canis æſtifer alto
Seſe aperit cælo, & rapidis coquit æquora flãmis.
Oceani tota Nautes notiſſimus unda,
Iam ſenior, ſeſe pelagi non ſæpe periclis
Iactatum, aut Borea memorat, dum noxia ſeruat
Sidera, & errantes circum ſurgentia nubes
Lumina ſiderei Solis: quæ ſigna licet ſint
Nota ſatis, nonnulla tamen memorare iuuabit.
Nec minus aſtrorum ſeruabit nauita curſus,
Quàm bonus incuruo dum terram exercet aratro
Agricola, & ſulcis uites, atq; ordea terræ
Committit, cantusq́ auium non ſpernit, & ima
Exultans in ualle pecus: queis flamina & imbres
Prædiſcit, cratesq́ domum & iuga panda reducit:
Seminaq́ & ſeſe tectis tenet, aſpera donec
Deſæuit grando campis, atq; impetus auſtri.
Ille mihi præcepta dabat pulcherrima Nautes:
In primis Thraſimene dies, duodenaq́ ſerua
Sidera, perpetuo cæli labentia curſu:
Nãq; Hædi, madidæq́ Hyades, ſe tempore condunt
Autumni, quorum ſunt noxia ſidera ponto,
Nimboſoq́ diem conſtritat ſidere ſurgens

Orion,

Orion, nautasq; ſimul, ſimul abdita ſyluis (bat
Vmbriferis ſtagna alta, ſimul quoq; & hiſpida tur
Monſtra maris, placidoq; habitãtes marmore Nym
Pleiadas ortuq; ſuo prædicere certum eſt (phas.
Indignas tempeſtates, & fulgura ponto.
Hi celeres aſtrorum ignes ſe tempore ueris
Oſtentant, atq; autumni ſe tempore condunt.
Vere nouo redeunti iterum quum Taurus Olympo
Conſpicitur, tepidumq; aperit mortalibus annum:
Sol etiam quum ſe feſſum perfundit amatis
Fluctibus, & uerſo pelagi ſub gurgite curſu
Oceani ſe tollit aquis, ſi lumine puro
Veſtit humum, cœliq; domos, Neptuniaq; arua.
Totus erit ſine nube dies, ſi pallidus ora
Exoritur, uel ſi picea ſe nube recondit,
Vel nitido uultu geminos incluſerit orbes,
Aut pelago exoriens tenui ſe lumine tollit,
Aut radij inter ſe coeunt caligine, nubesq;
Oppoſitas certant immiſſa erumpere luce:
Tunc paſſim ſaliet grando per tranſtra, forosq;,
Et tempeſtates auſter glomerabit aquoſas.
Igneus at fulgor ſi lucida texerit ora,
Fruſtra contemnent uentos uada ſalſa furentes.
Nãq; Aquilo fremitu aſſurgẽs mare uoluet, et un-
Eriget ad cœlum, reuolutaq; per freta puppes (das
In ſcopulos aget, aut uiolento in gurgite merget:

Et ratis euerſo fluitabunt fragmina ponto.
Si rutilæ Solem nubes, quum mergitur alto,
Circumſtant, circumq́ citæ uaga lumina ludunt,
Aut illum à tergo comitabitur aurea nubes:
Expectent nautæ Zephyros, & carbaſa tendant.
Ipſa etiam cœlo exoriens te luna docebit,
Tempore quo mare conueniat proſcindere nautis:
Nam ſeſe tollit quum primùm luna coruſcis
Cornibus, & latè rubro nitet ore per altum
Aethera, & incedit recto per inania cornu,
Diſcordes magno confligent murmure uenti.
Si uerò nebulæ nigro infuſcatur amictu,
Poſtquam ſe terno terris oſtenderit ortu,
Aut hanc tergeminus nigranti nube coronat
Circulus, aut tenui colluſtrat lampade noctem,
Feruere conſpicies euro maria alta furenti,
Et ratis infeſtos ruptis compagibus imbres
Accipiet, breuibusq́ uadis inflicta recumbet,
Nauta metu tumidis duplicabit uota ſub undis.
Lucida quinetiam uentos prædicere nautis
Aſtra ſolent, quum pacato diſcurrere cœlo,
Ac ueluti uolitare atra ſub nocte uidentur.
Sidera quum uerò pallent, nec turbida lumen
Sidereum nubes hebetat, nec luna coruſco
Lumine: ſed fulgent ueluti perfuſa nitenti
Lampade ſurgentis Phœbi: tunc maximus imber

Nubibus

Nubibus erumpet ſeſe, pluuiaq́ madeſcent
Carbaſa, & oppoſitas torrentia flumina moles
Euincent, ſecumq́ auulſis ſtirpibus alnos
In uada ſalſa trahent, rupis ſe fornice condent
Paſtores, mæſtiq́ gregem atq́ armenta uidebunt
In mare turbatum ferri, nec ferre ſupremum
Auxilium miſeri poterunt. ſi diſcolor Iris
Oſtentat ſeſe, quam duplex occupat arcus,
Nunciat inſtantes pluuias. & ſi mare ſubter
Auditur longè tacitus fragor, adfore uentos
Nunciat, & toto crepitabunt æquore nimbi.
Si cœlo niueæ (ceu lanæ uellera) nubes
Sparguntur, uel condenſæ facto agmine montes
Conſcendunt, ruet auſtrino de uertice largus
Imber aqua undanti miſtus: ſed ſi iuga linquunt
Alta, petuntq́ cauas deuexo tramite ualles,
Procedent ſine nube dies, ſine turbine noctes.
Quinetiã Delphin turbans placida æquora roſtro,
Obiectansq́ cauo rigidum ſub gurgite dorſum,
Nymboſos hac parte Notos uocat, & ſua ſigna
Dãt ponto æquoreæ uolucres: nã marmora linquũt,
Vicinumq́ petunt littus. ſiccoq́ reſidunt
Littore, & ingeminant querulas per littora uoces,
Quum mare miſceri nimbis, aut flamine norunt.
Tales ſunt pelagi nantes ſuper æquora mergi,
Et cornix, coruiq́ gemunt quum marmora propter.

Quin fulica expectat pennis crepitantibus imbres,
Aut tardo incedit greſſu ceu triſtis arena.
Sunt etiam paruæ alcyones, quas cærula ſignis
Pluma notat rutilis, niueoq́ aſperſa colore:
Hæ longo captant piſces ſuper æquora roſtro,
Lethiferamq́ famem pellunt, & tempore brumæ
Suſpendunt ſcopulis & acuto in murice nidos:
Dumq́ fouent natos, pelago non ingruit auſter,
Non pluuiæ, freta lata ſilent, ceu mitis in alta
Abdita ualle palus: ſed maximus imminet imber,
Quum pandunt geminas in apricis cautibus alas:
Aut miſtæ fulicis ad amœni fluminis undam
Aſsiduo ueteres renouant clamore dolores.
Tu uerò memor hæc imis Thraſimene reponas
Senſibus, ipſe Thetim quoties tentare biremi
Puppe paras, tumidiq́ maris te offerre periclis.
Quinetiam poſt pulſam hyemem ſolennia diuis
Sacra refer, quibus eſt uaſti gens credita ponti.
Lydius hæc Periphas caro memorabat alumno,
Dum pelago ſæuiret hyems, atq́ aſpera grando,
Nec ſeſe rapidis auderent credere uentis.

ECLOGA DECIMA, AD Iulium III. Pont. Max.

Tarchon.

HAnc etiam mihi Nereides cōcedite partem:
Quæ colitis mare purpureū et regna humi-
(da Nerei.

Seu uos Carpathius diuino carmine uates
Detinet, & diuûm uenientia fata recludit:
Seu uos per freta ſalſa choros agitatis ad amnem
Oceani, quum uere nouo fert cærula greſſum
Oceani maris in thalamos Neptunia coniunx,
Et pelagi Nymphas & amatam Dorida matrem
Inuiſit ſub caſum hyemis, poſtquam æquora nautis
Dant uenti tranquilla: furit neq; turbida ponto
Tempeſtas, ſed tutus arat trabe nauita pontum.
Vos Zephyri, quibus agna cadit de more quotannis
Sub ueris tepidos ſoles ad flumina Cluſi,
Qua uitreis mea te genitrix rigat Aſula lymphis,
Adſitis, lachrymans dum triſti è pectore Tarchon
Erumpit uocem, gemitusq́; effundit amaros,
Illyricus Tarchon, dilecti in funere Tuſci
Memnonis Eridani ad ripã: namq; hic quoq; ueſtro
Numine dignus erat, uitam dum fata ſinebant
Hunc trahere, & ualidis impellere cærula remis.
Hoc tibi mœrentes nautæ ſtruxere ſepulchrum
Ad littus maris Adriaci chariſſime Memnon:
Et patrio de more rogum poſuere dolentes,
Te poſitum procul à patria, dulciq; tuorum
Complexu, lachrymisq́; pijs: nunc te tua coniunx
Leucothoe flet ſciſſa comam, flet ſciſſa capillum
Niſa ſoror, Clymeneq́; parens, & triſtia ducunt
Funera Tyrrheni, prope marmora nota profundi,
Incen-

Incenduntq́ graues uicina ad littora luctus.
Hic tuus Etruſcis uenit de partibus Actor,
Ac Liger Oceani tota notiſsimus unda,
Et Thuſco miſeranda dolent tua funera cantu.
Amphidamas ſpargit caſiamq́,crocumq́ comantẽ,
Pallentisq́ hederæ contexta liguſtra corymbis.
Præterea hos tumido fractos aquilone rudentes,
Cumq́ gubernaclo ſæuis erepta procellis
Carbaſa,relliquias fractæ ratis, Actius Alcon
Funereas iacit in flammas,mœſtusq́ recentem
Ad tumulum ſacros mactat Chorinæus honores.
Ipſe tuos uocat Vcalegon prope littora manes,
Extaq́ in æquoreas Serranus porricit undas.
Ipſe Acamas ſpargit ueteri uada ſalſa Lyæo,
Thuraq́ reddit Acon cineri, & tua facta recenſet
Alcyones mœſtæ:trepidiq́ per æquora mergi,
Et miſtæ coruis fulicæ,certiſsima cantu
Signa dedêre ſuo:luctus prædixit acerbos
Hos mihi,dũ queritur gemitu prope littora delphin
Et gratos olim cantus non curat auenæ:
Sæpius & Triton media ſuper æquora nocte
Inſonuit concha,Proteiq́ armenta uiciſsim
Nocturnos duxere choros,ſonitumq́ dedêre
Percuſsæ ſecum magnis clamoribus undæ.
Mirabar ſtrepitum inſolitum,ſcopulosq́ ſonantes,
Perfractasq́ ſimul puſata per æquora uoces.

Hic ſolus nos edocuit, quo numina ritu
Sint pelagi placanda, truci quæ uictima uento
Conueniat, nigræq; hyemi, Zephyriſq; ſecundis.
Cur uinclis antro frænet pater Aeolus auſtros,
Et picea rapidas cum tempeſtate procellas:
Quiq; ratem primus uentis, & linea uela
Crediderit, remoſq; rudes, & nautica primus
Arma rati addiderit, miſeriſq; incognita nautis
Sidera ſtellantis uigil obſeruarit Olympi.
Quis referet poſthac, quæ noxia nubila ponto
Immineant, uel ſigna oriens quæ mittat Orion?
Quid'ue ferat Sol exoriens, quem candida condunt
Nubila? quid'ue cadens rutilo denunciet ore?
Quis Nymphas poſthac pelagi canet? aut quis amores
Tritonum cantu referet cariſsime Memnon?
Te quoties cantante chori ſiluere natantum
Nereidum: quotieſq; tuo Neptunia cantu
Numina placatum pelagi plauſere per æquor,
Viſaq; ſunt toties dulcedine curua moueri
Littora, & æquoreis ſcopuli motare ſub undis.
Vos circum pelagi ſuſpiria ducite rupes,
Antraq; & humentes ſubter freta cærula rupes.
Vos etiam ſcopuli, uos ſpumea littora, uoſq;
Tritones, Nymphæq; maris deflete iacentem
Memnona, qua reſonans Venetũ ferit Adria littus.
Tu quoq;, quæ noſtris reſpondes uocibus Echo,

Alternis

Alternis lachrymoſa ſonans hac carmina triſti
Voce refer, mecum alternis ſuſpiria iunge.
Vos pelagi rupes, uos littora, uos loca ponto
Abdita, uos noſtras uerborum ex ordine formas
Reddite: iam poſitum reſonent caua ſaxa ſepulchro
Memnona: & has uoces nemorum deſerta uolutēt.
Heu mortem inuiſam, quot per loca proxima uoces
Effundo, totidem uoces loca proxima reddunt:
Atq; iterant circum pulſæ tua nomina ualles.
At tu mute iaces, ſociosq́; & amata relinquis
Lintea, & aßiduo uolitantem remige puppim.
Sed quoniam fecere tuos me cernere Memnon
Fata obitus, tantumq́; tua me morte dolorem
Concipere, ingenti triſtis tua funera luctu
Proſequor, atq; tuos ſupremo munere manes.
Hæc mœrens Tarchon pelagi memorabat ad undā,
Memnona dum condit tumulo prope littora ponti,
Quà celer Erydanus rapido petit æquora curſu.
Hos nautas tibi magne pater ad curua canebam
Flumina, quà rapido ſeptenos gurgite colles
Alluit Etruſcus Thyberis: te ſoſpite qui non
Inuidet Eridano, liquidis ſeu flexibus Hermi:
Hic licet eniteat cœli radiantis in axe,
Hic petat auratis tumidus uaga cornua lymphis
Aequoreos latè per prata nitentia fluctus,
In placida dum pace regis Iuli optime gentem
Romuleam,

Romuleam, atq; actas animis in bella phalanges
Cæſaris, & Galli regis componere curas.
Non te pœniteat noſtras inuiſere puppes,
Emenſo quæ iam pelago rediere ſub orbem
Auſonium, portusq; tenent: nam tu quoq; rector
Es ratis alme pater, per te quam ſummus Olympi
Regnator uoluit tuta ſtatione reponi.

LAVRENTII GAMbaræ Brixiani Poematum Liber ſecundus.

Ecloga Venatica.

Theron, ſiue illuſtriſs. Balduinus Montius.

ET Ruſcus uiridi Theron conſederat herba,
Et Solem ardentem denſa uitabat in umbra,
Qua liquidis fluit Arnus aquis per pinguia culta:
Hunc nemorum Nymphæq; colunt, facilesq; Napææ:
Hunc omnis uenator amat, huic Delius ipſe
Arcitenens Lyciam pharetram, uolucresq; ſagittas,
Puniceisq; intexta nouis noua retia pennis,
Ingeniumq;, dolosq;, atq; abdita luſtra ferarum

Scire dedit, curſuq́ leues præuertere ceruos.
Tunc gnatum ad ſeſe Theron uocat Eurymedonta:
Quo ſyluis non alter apros ſectetur in altis
Notior, aut magno Nymphas mage torqueat igne,
Dictynnæ comites Nymphas. mox talibus illum
Alloquitur: Mi nate, tui cape dicta parentis.
Dicam etenim uenantũ habitus, atq; arma, canũq;
Progeniem, nec non uenandi tempora ponam.
At nos, dũ grauis æſtus habet nemus omne, ſoporẽ
Carpite: tu mecum Eurymedon conſide ſub umbra.
Venator, quem cura tenet noctesq́ diesq́
Prata ſequi per aperta feras, ſit fortis & acer,
Sit membris & mole ualens, rapidusq́: nec ulla
Peſtis edat florem ætatis, roburq́ iuuentæ:
Et placeat mage, qui duro ſub Marte labores
Pertulerit, uel qui nitidam exercere palæſtram
Sit ſolitus, primamq́ fuga meruiſſe coronam:
Aut longè iaculum ualido intorſiſſe lacerto.
Talem amat arcitenens Phœbe, & Latous Apollo:
Talis erat Triuiæ quondam dilectus Orion,
Et Caſtor, Polluxq́, canes qui primus in altas
Taygeti immiſit ſyluas, canibusq́ fugaces
Spartanis domuit capreas, uictorq́ ſuperbis
Poſtibus affixit capita, & ſpolia hirta ferarum.
Sæpe etenim per ſumma leuis iuga pinea montis
Inſequitur celeres damas, aprosq́ feroces.

Et niſi ſernet agens curſu ueſtigia prædæ,
Illa iterum fugit in ſyluas, fallitq; ſequentem,
Venatorq; ſequens non prædæ aſpirat opimæ.
Sæpe etiam prope luſtra feras expectat, & ipſas
Comminus aggreditur telo, ſternitq;, fugatq;,
Aut tingit uirides undanti ſanguine lucos,
Et rapidis lanianda feris ſua corpora linquit.
Sidera quinetiam certis orientia ſignis
Illum ſæpe iuuant, uehemens quem compulit ardor
Noctemq; nimbosq; pati, ſolemq;, niuesq;,
Et duram tolerare famem, modò ſæua ferarum
Agmina turbat agens: ſyluis modò retia tendit.
Hanc uitam in ſyluis agere, et contemnere Regum
Diuitias, plauſusq; patrum, cœleſtia ſuadent
Sidera, & auratis præferre mapalia tectis.
Præcipuè Leo naſcenti ſi fulſerit ortu,
Effuſus per colla iubas, per terga minaces,
Hic non inuitus ſolerti indagine ſyluas
Incinget: nec ferre plagas ac tela negabit.
Quam iuuat hunc pedicis celeres inuoluere damas,
Et prædæ exuuias foribus fixiſſe ſub altis.
Hic ſpolys cerui arboreis cum cornibus ornum
Induit, & ramis urſi fren dentibus aptat
Setigerum caput, & captas longo ordine prædas,
Haud ſecus exultat, quàm ſi procul hoſte fugato
Inſignes ageret uictor media urbe triumphos.

Praterea tibi ſit ſimplex atq; aſper amictus,
Non laxus, non pictus acu, non texilis auro,
Non ſit uerſicolor, Tyrio non ardeat oſtro.
Commoda, quæ fuerit uiridi ſaturata colore,
Veſtis erit, (ni fallor) amant uiridantia talem
Prata habitum, uiridi gaudet nemus omne colore:
Et uiridi teretes ſuras include cothurno,
Tutior ingreditur tali uenator amictu
Frondentes Dryadum ſyluas, fallitq; ferarum
Lumina, ſæpe dolos meditans, dum delitet alta
Carice, & inſidias miſeris parat. ac tegit alpes
Quũ nix alta, rigentq; gelu caua flumina, et omnes
Syluarum cecidere comæ, nec gramina campis
Apparent, niueo incedes tunc tectus amictu.
Abde domo criſtamq; leuem, phalerasq; ſonãtes,
Frenaq;, quæ latè lucent auro, aut orichalco,
Et picturatis radiantia baltea ſignis.
Sunt etiam ſua ſyluicolis uenantibus arma,
Nota ſatis: nodoſa tenent uenabula primùm
Creſſa locum, quibus ex ſolido riget aſpera ferro
Cuſpis, & intorto circum fera cingitur ære.
Falcatus tibi ſit mucro, falx curua, pedumq;
Ornatum rigido ferro, curuataq; in arcum
Fraxinus, enodes calamos palus alta miniſtrat.
Omnia quæ, cum fortè uacat, aut torrida cœli
Tempeſtas uetat ipſa, aut intractabile frigus

Sæuæ hyemis turbare feras, memor ipſe repones.
Sit raucum cornu, ſocios accire, canesq́;
Aſſuetum, læuo ſemper quod pendeat armo.
Hoc dedit Antinoo uitam: quem Phœbus, et omnis
Pieridum chorus Eridani prope flumina quondam
Audijt, abſentes cantu dum fleret amores,
Et longas ſine fine moras: nam littora propter,
Quà pelagi in fluctus Thybris tumida influit unda,
Dum ſequitur fœcunda leues per paſcua ceruos,
Imprudens cecidit ſcrobibus: quas denſa tegebant
Viminaq́;, lappæq́;, & acuta cuſpide ſentes.
Quid faceret? quum iam cœlo fulgentia ſigna
Monſtrarent nitidum noctis decus, & ſua rubro
Merſiſſet Phœbus radiantia lumina ponto.
Hic tamen haud trepidus rerum, ſpe nixus adunco
Inſonuit cornu: quo littora curua repentè
Inſonuere: ſonum comites uocemq́; ſecuti
Accelerant, foueaq́; trahunt, denſisq́; latebris,
Perfoſſum rigidis iuuenilia ſentibus ora.
Non deſit uarium retis genus: optima lina
Producet tibi Thuſcus ager: nec fertilis ora
Quam rigat Eridanus, linũ negat: & licet auſtros
Pertulerit, longasq́; hyemes, non ſoluitur ullis
Imbribus, aut patitur laqueis euadere prædas.
Cannabis at raras ſegetes tibi terra Sabina
Mittet, & intortos uenatica retia funes:

Horrida qui nunquam uentorum murmura curãt,
Aut pluuiã, aut Libyco miſſos à cardine nymbos,
Non ſint ſæua tibi catulorum ſemina cordi:
Non alit Armenias tellus Oenotria tigres,
Non lynces: nec nos Libycis uenamur in oris.
At ripas Arni iuxta, & uaga flumina circum,
Atq; alios, quà Tyrrhenum mare, et Adria circũ
Pulſat utrunq; latus fluctu, fremituq́; ſonanti
Auſoniæ, aut lætis in uallibus Apennini
Venatu aſſiduo inuigilans, non territus horret
A tergo, aut uaſta deprenſam in rupe leænam.
Sat mihi forma canũ placeat, quã pulchra Timaui
Educat ora: fuga celeres, & morſibus acres
Cnoſia terra creat: tamen haud confide, licet ſint
Progeniti patre Tyrrheno, fortiq́; Moloſſo,
Et Celtas referant proauos, ſtirpemq́; Lacænam,
Te fallent & ſigna canum: nec lumina ſemper
Torua, ſuperciliumq́; minax, atq; aſpera uillis
Pectora, & hirſutæ nares, proceraq́; colla
Diſcutient tacito terrorem in corde latentem.
Exerce per prata canes, dum mollior ætas
Succedit, nec adhuc tenero ſtat corpore robur.
Et quoties uacuo celeres agis æquore damas,
Interſint, morſuq́; feras inuadere tentent,
Atq; armos atq; ora lauent, faucesq́; cruore,
Degeneres à ſtirpe caua memor occule terra

Saxa

Saxa ſuper cumulans, nec dulci ignoſce iuuentæ.
Sint urſæ capreæq́ domi, ceruæq́ fugaces,
Quæ ſolæ in ſyluis nullo cuſtode nagari
Sint ſolitæ, ſoleq́ domum & ſub tecta reuerti:
Tu tales mi nate feras ſeruabis in uſus.
Namq́ ubi læta parens ad uitæ lumina natos
Ediderit partu catulos, tunc dama ferinis
Vberibus teneros fœtus alet: aut lupa dudum,
Aut nuper connixa, nouo dabit ubera lacte.
Non ipſos aſſueſce cibis: nam corpora morbis
Afficiunt, rapidosq́ negant per gramina curſus.
Quid dicam? citius miſeris ſubit ægra ſenectus.
Cura etiam, at facilis, mihi nunc ſuccedit equorum:
Namq́ Agragas, nec non tellus Sardoa feroces
Gignit equos, animisq́ pares Sicania tellus.
Epiros, Numidæq́ truces tibi ad Elidis urbem
Victrices mittent palmas, nec fallor, equorum.
Heu fuge, quos latis paſcit Germania campis,
Cautus equos: fuge, nec ſtabulis admitte paternis.
Nec moueat te denſa iuba, & frons ardua, et aures
Exiguæ, glaucusq́ color, demiſſaq́ ad imos
Cauda pedes, latiq́ humeri, diſtinctaq́ membra.
Non equa te formoſa ferat per paſcua: quamuis
Elidis ad metas rapido ſit cognita curſu,
Et curſu ſuperet uentos: nam dulcibus illa
Illecebris ad bella animos accendit equorum.

Quo ſtrepitu reboant ſyluæ, fugit & fera dumis
Abdita, latratusq́; canum ſpe ludit inani.
Iam nunc nate tibi felicia tempora ponam,
Queis campos latè, tenebroſaq́; luſtra fatiges.
Principiò quum triſtis hyems, ſegnisq́; recedit,
Atq; hyemi uer purpureum ſuccedit aquoſæ:
Tunc tibi tempus erit ſyluarum incingere fauces
Caßibus, in latosq́; canes immittere campos:
Præcipuè quum luce noua Sol decutit herbis
Nocturnum cœli rorem, & uaga Cynthia Phœbe
Noctiuagis comitata aſtris iam pallida cedit.
Nate etenim quũ ueſper adeſt, & quũ uaga ſigna
Conſpiciuntur, & ex alto cadit aerius ros,
Confeſtim ſyluas animalia cuncta relinquunt:
Pars prædæ inuigilant, pars lætis ſaltibus herbas
Paſcuntur, pars è ſyluis ſua pignora ducunt,
Et primos herboſa docent per paſcua curſus.
At uerò quum pulchra uehit lucemq́; diemq́;
Aurora, & rutilo cedunt Titania Phœbo
Sidera, & è ſtabulis agit armentarius altos
In montes pecus omne: uirent ubi collibus herbæ
Fertilibus, dulcesq́; cadunt de rupibus undæ,
In nemorum ſeſe latebras animalia condunt:
Pars ſomno ſopita iacent: pars ubere paruos
Diſtento exultans natos alit, aut ſibi ſedes
Ponit in exceſa longæui roboris aluo,

Et ſæpe inter ſe damæ, leporesq́ petulci
Per noctem læti ludunt, & ſigna relinquunt.
Tunc melius canis ipſe ſagax huc currit & illuc,
Et ſparſas notis ueſtigat odoribus herbas,
Perſequiturq́ feras per gramina odora fugaces:
Donec ad extremas nemorum peruenerit oras
Queis fera delituit, cogatq́ in retia prædas
Latratu horrifico attonitas, ſtrepituq́ ſequentum.
Tu memor hos æſtate modos, & tempora ſerua.
Sed quum Sol medium cœli conſcenderit axem,
Tu pete ſecretas gelidis in ſaltibus umbras,
Et medios æſtus properans fuge: laſſa quieſcat
Turba canum, aut ineat curuo ſub fornice ſomnos.
Atq́ iterum quum paſtores ad tecta reducent
Armenta, & parui properant ad lactea fœtus
Vbera: tunc alios ineant per paſcua curſus
Ardentes catuli, & ſyluas clamore frequentent,
Et ſtimulent cogantq́ feras ſua linquere luſtra.
At quum læta dies ſomno par uenerit, & quum
Ruſtica pampineis pubes redimita racemis
Sub platano uiridante ſedēs noua carmina ludunt,
Et læta inter ſe Baccheia munera libant,
Et meritas Baccho referunt per carmina grates:
Tu potes ipſe canes ſylua exercere uirenti
Poſt lucis medios æſtus, donec rutilus Sol
Ceſſerit obſcuræ nocti, & uenientibus aſtris.

Vltima pars anni ſupereſt, quum dura per agros
Sæuit hyems, umbraq; carens nemus omne uirenti
Admittit tepidos ſoles, & lumina Phœbi,
Altaq; nix operit niueo uelamine terras:
In ſyluas tunc mitte canes, tunc retia tende,
Venantemq; oriens ſyluis te Lucifer altis
Proſpectet, donec cœlo decedet ab alto
Sol roſeis inuectus equis. tunc clara ferarum
In niue, uel ſignata luto ueſtigia cernes:
Et uia difficilis non eſt, nulloq; labore
Veſtigant oculi fugientum ſigna ferarum.
Si nix alta cadit, cœlo ſi decidit imber,
Si Boreas ſylua incubuit, ſi fulminat eurus,
Sed mage ſi Libycis reſonat de partibus auſter,
Delite, & abde canes ſtabulis, laqueosq; plagasq;
Inſtrue, Cyniphioq; para noua retia lino:
Inſpice uel ſi læſa canum ſint membra ferinis
Morſibus, & famuli fumoſis myrtea tectis
Tela diu ſuſpenſa acuant, obtuſaq; ferrum,
Spicula procudant patuli ſub culmine tecti:
Lora paret pubes taurino ruſtica dorſo,
Hic corylis furcas, hic querno ſtipite uallos,
Hic raſæ calamos tiliæ, abietibusq; ſagittas
Fraxineasq; ſudes aptet, fumoq; reponat.
Nec uerò mi nate, tuis uenatibus unquam
Nympharum coniunge choros. Atalanta ſuorum
(Heu

(Heu facinus) tinxit Calydonia prata cruore:
Dictynnæq́ refer ſacra exoriente quotannis
Ariete, ſacratasq́ fores uenatibus ipſe
Accumula: cadat ante focos lepus impiger, arasq́
Imbuat, & crines dictamno ornata iuuentus
Ruſtica templa petet nudo pede, mox pia thura
Læta dabit, lætosq́ canet per compita uerſus.
Sed nos in iuga longa uocat leuis aura, canumq́
Latratus longè auditur, ſtrepitumq́ remittunt
Incluſæ ſyluis ualles: age ſume pharetram,
Armaq́, latratusq́ canum, ſociosq́ ſequamur.

DAPHNIS, SIVE BAſilius Zanchius.

ABſentē mœrēs dū nota ad flumina Daphnim
Niſa uocat, cumulatq́ deûm fragrātibus aras
Floribus, atq́ Iouem ſupplex ueneratur, et illū
In ſua uota uocat caro pro Daphnide, qui nunc
Incolit herboſos ſaltus, quà Lydia pingues
Exercet fœcunda graui ſub uomere glebas:
Daphnis paſtorum decus ingens: Arcades uni
Cui tantum uoce & calamis ceſſere magiſtri.
Confeſtim data ſigna deûm: nam protinus ingens
Viſus adeſſe procul Dryadum chorus, alta peragrās
Frondoſi iuga Partheniį, nemorumq́ per umbras
Concinere, & dulci mulcere nitentia cantu

Sidera,

Sidera, & intonſos colles: tunc horrida Mopſi,
Raucaq́ uox audita procul, uocemq́ canentis
Agnouere procul, numerosq́ et carmina Nymphæ.
Nec mora, turbatus Dryadũ chorus omnis ab alta
Inſonuit ſylua, & nigris ſeſe abdidit umbris,
Indignans uocem & ſtridentia ſibila Mopſi.

ECLOGA TERTIA, MOſpus: in Petrum Cannicerum Aragonium, Ferdinandi Romanorum regis Archiatrum.

Idmon paſtor.

QVæ cecinit modo frõdoſis in uallibus Idmõ,
Dicite uos faciles Nymphæ, quæ mollia pra(ta,
Quæ uirides ſyluas, fontesq́, & flumen Iberi
Incolitis: uos hac illum uidiſtis in umbra:
Dum uocat inſignẽ calamis & carmine Mopſum:
Dilectum Muſis Mopſum, quem Parrhaſius Pan
Edocuit pecudum lethales uincere morbos,
Et noua ſeptena modulari carmina canna,
Soſpite quo læti colles, quà diues Iberus
Influit, aerias contingunt uertice nubes,
Atq́ hyeme in media uiridiſſima gramina ſeruãt,
Nec curant æſtate graues Hyperionis æſtus.
Sed Nymphæ memorate, bonus quæ dixerit Idmon.
I. Quando ego te hac olim uiſentem Mopſe uidebo

Paſcua,

Paſcua, & hos uirides ſaltus, & dulcia rura?
Excipiet quum te læto tuo Lydia uultu,
Et Galatea colo, & thyaſis exercita Daphne
Occurret ſerpilla ferens, & cana liguſtra:
Aut mecum è grauidis carpes poma aurea ramis:
Aut Aegle faciem nullo fucata colore,
Fiſcellam preſsi lactis, tibi nubilus Aegle
Afferet, & plenis beneolentia ſerta caniſtris.
Te ruris decor omnis amat, uallesq; recuruæ:
Flumina te, ripæq; uocant: tibi florida prata
Submittunt uarios texenda in ſerta colores.
Ipſa ſedens molli formoſa Amaryllis in herba
Sanguineis intexta roſis tibi lactea nectit
Lilia, narciſsum, rutiliq; comas amaranthi.
Necte Amarylli roſas, animo tua gaudia Mopſum
Concipe, nec longùm properans ea differet ætas.
Te tuus ad patrios colles longæuus Amyntas
Lanigeri oblitus pecoris, rerumq; ſuarum
Te ſolum cupit abſentem: ſed nec mihi rura
Culta placent ſine te, mollesq; in ſaltibus umbræ.
Non læti per prata greges: non candida Leuce,
Quamuis illa ſuos ultrò narrauerit ignes
Sæpe mihi, & noſtram toties laudarit auenam.
Nymphæ, quæ placidos colles, quæq; abdita ſyluis
Prata colunt, & quæ ſyluis uenantur in altis,
Sunt triſtes ſine te: non has immenſa ferarum

Præda

Præda iuuat, non ueris honos, non copia florum.
Mopſe tui deſiderio ne afflige Napæas,
Abſentem quæ te nemoroſa per auia quærunt.
Dulcia formoſi miraberis ocia ruris:
Hic calamis fallit uolucres, hic uertit aratro
Fœcundam ſub mane nouo, ſub ueſpere terram:
Hic pecori uitreos fontes & læta miniſtrat
Pabula, & errantes herboſa ad paſcua tauros
Pellit, & arguta deducit arundine carmen.
Ergo agedum uiridante iuuet te Mopſe ſub umbra
Paſtorum antiquos aliquando inuiſere cœtus:
Hic ubi perpetuos tellus lætiſsima flores
Parturit, & dulcis cœlo diffunditur aura.
Te Nymphæ inuitãt, habitataq́ flumina Nymphis,
Iam toties laudata tibi. Quid Mopſe moraris
Indomitos inter populos, quà turbidus Iſter,
Voluitur, & curſu rapido premit horridus arua?
Quid dicam? quà ſylua ingens, quà ſe ardua pinus
Subijcit, horrentiq́ polum latè occupat umbra,
Aerij ſummo tollunt ſe uertice montes,
Semper inacceſsi montes: quid ſæua fluenta
Enumerem, uentosq́ truces, & frigora dura,
Quà latè aſsiduis niuibus iacet inuia tellus?
Non hic ſæuit hyems, non candida populus altas
Languet tonſa comas, pluuia nec turbidus auſter
Decutit aut blandos flores, aut roſida mala.

Non

Non gelidi fontes rapido ſub Sole tepeſcunt:
Nec rigido concreta gelu caua flumina torpent.
Expoſiti Zephyris colles, & paſcua cordi
Sint tibi, & apricis ſpirantes collibus auræ.
Felices umbræ nemorum, felicia prata,
Quum dabitur uobis audire in ualle canentem
Mopſum Naiadas nymphas, quas lætus ad alta
Aſtra feret cantu: namq; has amat, & cupit inter
Paſtores Nymphasq; graui adueniente ſenecta
Felicem in ſyluis Phœbo duce degere uitam.
Vos flores, uos irrigui per paſcua riui,
Vosq; greges gaudete: parat nam carpere iniquum
Mopſus iter, gelidasq; niues & frigora linquit.
Iamq; ipſum poſitas alio ſub cardine terras
Linquentem meditor, ſyluasq; & amata petentem
Flumina, & exactos repetentem ſæpe labores.
Non te pœniteat tanto poſt tempore, poſt tot
Ancipites caſus, poſt mille pericula lethi,
Et nos, & tua rura, tuosq; inuiſere colles.
Occurret tibi Damætas, & Thyrſis, & Alcon,
Ac te complexu excipient, quà pulcher Iberus
Cæſaream liquidis urbem præterfluit undis.
Terna tibi agricolæ frondenti altaria luco
Indigenæ ſtatuent, niueoq; Amaryllis amictu
Ornabit poſitas ſertis fragrantibus aras.
Maſtabunt tibi paſtores hac ualle iuuencos

Intacta

Intacta ceruice, canent Lycidasq́; Myconq́;,
Alternis de more tuas ad flumina laudes.
Inſtituet uiridi in ripa certamen Iolas:
Contendet iaculo Stimicon, pede Cnoſius Idas:
Solenneſq́; dabunt alij per compita cantus.
O Nymphæ, hæc olim uobis memorare licebit,
Atq; illi maiora meis concedere uotis.
Hæc Idmon, ſubitò extremis quũ uallibus ingens
Auditus fragor, & denſis noua murmura ſyluis:
Lætitia ſaliere undæ, & lux candida ripis
Enituit, ſonuere nouis concentibus auræ.

DE VENERE ET ANCHISE, ad illuſtriſ. Cæſarem Comitem, Ioannis Franciſci Gambaræ Comitis F.

QVæ magni memorare ſoles arcana parentis
Calliope, & rerum cauſas aperire latẽtes,
Dic dea, quæ ſeries fatorum antiqua Dionen
Impulerit, Phrygij uitam Simoentis ad amnem
Ducere, mortali quondam ſub imagine, & atrum
Idæum præferre nemus fulgentibus aſtris.
At tu præcipuum patriæ decus optime Cæſar,
Dum uacuus Mellæ ad ripas diuina ſupremi
Mæonidæ, uatumq́; legis monimenta priorum,
Ne pigeat miſcere tuis mea carmina Muſis.
Tempus erat, quo prata nouant agreſtibus herbæ

Floribus, & rigido ſoluit ſe frigore tellus,
Quum pater omnipotens celſo ſubnixus Olympo
Spectabat tepidos ducentia ſidera ſoles.
Hic gremio Venus alma caput demiſſa parentis
Declinat placido languentia lumina ſomno.
Mox illam, ut longo explicuit ſe diua ſopore,
Complexus placidè genitor: Quid lenta quieſcis
Nata? refert, Surgit maior tua gloria cœlo.
Huc geminas intende acies, en aſpice quantum
Fata tibi decus ipſa ferant. Tibi floret ad Idam
Paſtor agens pecudes, & mille armēta per herbas:
Hunc rara inſignem forma tibi fata reſeruant.
Et quamuis uerſet per florida prata iuuencos,
Ille tamen genus egregio de ſanguine ducit,
Ex quo uentura eſt longo poſt tempore proles,
Quæ regat ingentes populos, & maxima regna.
Rex Teucrûm Aeneas Latio noua mœnia ponet,
Iactatus fatis terra, pelagiq́ procellis.
Hinc reges cerno Albanos, & longa nepotum
Imperio, & magnæ ſurgentia mœnia Romæ.
Progeniem hanc olim cœli inter clara receptam
Sidera conſpicies: quid non Romana propago
Efficiet diuûm auſpicijs? quid prælia dicam
Aſpera, deuictasq́ acies, partosq́ triumphos?
Conſtituet leges populis, moremq́ ſacrorum,
Atq́ animum ingenuas natura accendet ad artes:

A Imperiò

Imperio tibi ſubyciet ſua flumina Cynips,
Atq; auro Tagus, & gemmis fœcundus Hydaſpes.
Parua loquor: tantum hos terræ mirabitur orbis.
Sic ait, occultumq; animo inſpirauit amorem.
Nec mora, tendit iter liquidi per inania cœli
Diua Venus, ſedesq; Paphi ſic læta reuiſit.
Illam tercentum fidæ accepere miniſtræ:
Ac de more ſuo ueſtes exuta fluentes,
Merſit odoratis cœleſtia corpora lymphis.
Hinc faciem, roſeoq; genas fucata colore,
Effulſit, ceu purpureo quum Lucifer ortu
Surgit, & auratos oſtentat ab æquore crines,
Et latè ſpargit tremulum mare luce coruſca.
Confeſtim alma Venus leui ſecat aera curru,
In nemus Idæum nymphis comitata miniſtris.
Hinc nymphæ per prata legunt uernantia ſyluis
Lilia, ſpirantesq; crocos, niueosq; hyacinthos,
Quos gremio, molliq; ſinu, calathisq; recondunt.
Spirabant dulces Idæis uallibus auræ.
Fœcundos reſoluta ſinus noua gramina tellus,
Aduentu magnæ Veneris lætata ferebat:
Et florum dea laſciuos ducebat amores
Prata per, umbroſumq; nemus, uiridesq; receſſus,
Atq; ſuas monſtrabat opes, & florea regna.
Quin etiam errabat ſyluis iucunda Voluptas,
Quæ modò puniceos flores, modò roſcida mala
Carpebat.

Carpebat, modò purpureos pallente premebat
Impexos hedera crines, nunc roſcida mala,
Nunc lectos flores, hederæq́ exoſa corymbos
Aerij montis uaſta ſub rupe iacebat.
Exiluere ſuis formoſæ Naiades antris,
Suſtulit & Simois tepido de gurgite uultus:
Quin pecudes ſenſere deam, ſenſere uolucres.
Tandem præcipitis Xanthi deuenit ad amnem,
Mortales ubi diua habitus, & corpora ſumpſit:
Induit inſignis Leuces uultumq́, habitumq́,
Qualis culta ſinus, auroq́ ornata capillos
Incedit noua nupta, uiro formoſa uideri
Dum cupit, & leuibus figit ueſtigia plantis:
Cypria ſic Leucen uultu mentita, per agros
Ibat, & Anchiſen uidit ſub rupe morantem,
Et flentem ſæuis obnoxia Pergama fatis,
Ac tali inſtantes repetentem murmure caſus:
An Danaûm armatas Sigæo in littore gentes,
Florentemq́ urbem, & læta ditione potentem,
Collapſam aſpiciam, & toties ſparſa arua cruore?
Non ſat erat patriam incenſam, Troiæq́ ruinas
Aſpexiſſe ſemel ſub Laomedonte? quid ultrà
Cœlicolæ infelix uenientes demoror annos?
Quid iuuat antiquam prolem deducere Teucros
Ab Ioue? Palladiumq́ alta ſacraſſe ſub arce?
O regnum inuiſum ſuperis, quæ ſæua nepotes

Dardanios manet ira deûm? quæ iniuria diuos
Mouit in inſontem Priamum? prò Iuppiter urbem
Infenſi ſuperi immeritam, ac ſine crimine fundo
Euertent? atq; ante oculos Neptunia cernam
Mœnia non æquata ſolo, ſed uerſa tepentem
In cinerem? ſceptrumq́; Aſiæ, imperiumq́; relinquet
Troia deûm ſedes, clarisq́; aſſueta triumphis?
At uos ô ſacræ pinus, quas ardua ſeruant
Gargara, uos ſcopuli ingentes, & lata morantur
Aequora, frondoſis nec non ſpoliabere ſyluis
Ida decus nemorum Phrygiæ: non te alma Cybele
Defendet. ſic fata uolunt, magniq́; uoluntas
Sic Iouis eſt. Quæ nã in Phrygios reditura penates
Oſtentat ſeſe ſulcans maria alta biremis?
Fert ſecum patriæ excidium, atq; incendia Troiæ.
Sic fera fata Phrygum mœrens audita canebat
Anchiſes, animo uoluens oracula diuûm.
Vidit ut hanc propius properanti accedere greſſu,
Credidit eſſe Deam. tunc ſpargens lumina fletu,
Sic ait: O uirgo noſtris incognita ſyluis,
Siue Dryas, ſiue innuptæ comes una Dianæ:
Da mihi caniciem, ſeramq́; uidere ſenectam,
Et puros ſine nube dies: terra alma miniſtret
Pabula, perpetuosq́; gregi de fonte liquores,
Et tege Dardanios æterna pace colonos.
Hæc fatus paſter. tunc ſic formoſa reſoluit

Ora

Ora Venus: pulchri gregis ô pulcherrime paſtor,
Non mihi ſunt nymphæ comites: ditiſsimus Otreus
Me genuit, Libyca quondam de coniuge Niſa.
Ludebant mecum comites per prata ſorores:
Læda roſis, Daphne caſia, Cydippe hyacintho
Texebant gelidis fragrantia ſerta ſub umbris,
Et calathum uario pingebat flore Lycoris.
Quum ſubitò aſpectu horribili, ſed uulnere tardus
Viſus aper: nec nos animis inſurgere contrà,
Sed celerare uiam, rapidosq́ intendere curſus.
Tunc ego ſic caſu pectus concuſsa recenti,
Et trepida, atq́ amens, ſecreta hac ualle reſedi.
Et nũc quæ nemora, aut quæ uos iã prata morãtur
Tuta ſatis, quum ſol pelagi ſe occultet in undis,
O fidæ & caræ comites? Sic fata: repentè
Fluxere ex oculis lachrymæ: tunc ora comasq́
Scindere, & incultos manibus ſimulauit amictus,
Ac ſic herboſo ſedit maleſana cubili.
Anchiſes faciem inſignem, nudataq́ Leucæ
Pectora miratur: caſu nec territus ullo
Suſcipit exanimem gremio, dictisq́ iacentem
Permulcet, tacitoq́ tegit noua gaudia uultu.
Mortali tandem tenera ſe iunxit in herba
Diua uiro: riſit ſummi pater auctor Olympi,
Vulgauitq́ dolos ſuperis, & furta retexit.
Cœlicolæ riſere omnes, & plauſibus æther

 Inſonuit.

Inſonuit, cœloq́ ignes micuere ſereno.
At Veneri interea mortalis forma receſſit,
Quæ uultu diuûm lætos detexit honores.
Dardanius demiſſa ſolo ſua lumina paſtor
Fixa tenens ſeſe incuſat, numenq́ precatus
Poſcit opem. blandè tunc ſic Cytherea locuta eſt:
Solue metum: nam ſpontè tuos formoſa Dione
Venit in amplexus, cœlumq́ incenſa reliquit.
Magnanimum Aeneam decimo tua pignora menſe
Effundam, quà ſe Sigæo in gurgite condit
Commiſtus Xantho, & ſtagnantia marmora ponti
Efficit, & pinguem Simois trahit undiq́ limum:
Hunc pater omnipotens cœlo dignabitur alto.
Noſtrorum namq́ ille mihi uentura nepotum
Expoſuit memorans, atq́ ordine fata retexit.
At tu concubitus, conceſſaq́ gaudia nulli
Prodere uoce uelis, tacito ſed pectore ſerua:
Ne pater indignans ſua fulmina Iuppiter in te
Ingeminet, ſternatq́ gregem ac pecus omne per a-
Interea hos uirides ſaltus, & roſcida prata (gros.
Tecum læta colam: nec me requieſcere tecum,
Aut agere ad liquidos fontes armenta pigebit.
Sic Venus Idæos colles, atq́ humida rura
Incoluit, magno Phrygij paſtoris amore
Dum fruitur, cœlum & tædas oblita mariti:
Felicem donec maturo tempore partum

Edidit,

Edidit, irriguum flaui Simoentis ad amnem.

ORION.

DIctynna Idæi montis nemora alta colebat,
Frondoſis agitans acres in ſaltibus apros:
Venantem toties quæ dum uidet Oriona,
Præſtanti inſignem forma, & florentibus annis,
Et toties iaculo ſternentem ſæua ferarum
Agmina, & extento ſuperantem flamina curſu:
Ingens hanc inuaſit amor, penitusq́ medullis
Hæſit, uirgineoq́ nitens color ore receſsit,
Et ſola incultos ſaltus atq; inuia prata
Luſtrat inops animi, comitumq́ oblita ſuarum,
Aut herbæ uiridante ſolo, aut prope littora ponti
Mæſta ſedet, curasq́ graues ſub pectore uoluit.
Interdum ſomnos, nemorumq́ exoſa receſsus
Inſolitos ignes, tacitumq́ per oſsa uenenum
Diffundi perſenſit amans: ſic perdita & amens
Sæpe petit loca nota, feras quà pulcher Orion
Inſequitur, lateriq́ hæret: nec uincere curſu,
Aut premere illapſos uinclis fallacibus urſos
Lætatur, non hanc oneroſæ copia prædæ
Commouet, ingeminant curæ, caſtusq́ ſub alto
Corde pudor prohibet tales inſurgere flammas.
Sed quanto illa magis uiolento pugnat amori,
Tanto durus Amor magis inficit oſsa ueneno.

Hunc ſibi connubio Triuiam iunxiſſe per oras
Cretæas, tunc fama fuit: quæ conſcia facti,
Iamdudum occultos Phœbo detexit amores.
Exarſit triſtes grauiter commotus in iras
Delius, atq; Deam dictis ſtimulabat amaris,
Linqueret ut uirides ſyluas, & Creſſia rura.
Aſt oblita minas Phœbi Latois, amantem
Proſequitur, ſolitis uenantem in montibus urſos.
Cornibus auratis cui tunc donauerat arcus,
Et celeres curſu catulos, & morſibus acres,
Addens Cnoſia tela, ſagittiferamq; pharetram.
Tempus erat, quo ſe primum Canis aſtifer alto
Oſtentat cœlo, atq; æſtu ſitit arida tellus:
Quum puer aſſiduo uenatu laſſus Orion
Ad uada peruenit, quà ſeſe immergit Oaxes
In mare cœruleum. tum latos exuit artus,
Arcumq; pharetramq; leui deponit in alga,
Purpureosq; premit niueo ſub pectore fluctus.
Tunc procul arcitenens nantem ſuper æquora uidit,
Germanamq; uocans recubantem ad littora ponti
Alloquitur: Viden' ut liquidis ſeſe efferat undis
Monſtrum atrox, rapidoq; petat caua littora curſu?
Eia age, Ithyreos arcus intende, ſagittasq;
Arripe, & horrificum lethali uulnere monſtrum
Sterne manu, ualidisq; oſtendere uiribus artem
Ne pigeat, duris horrent membra obſita ſetis.

Sic fatus, mora nulla, leues Dictynna ſagittas
Intorquens, celeri traiecit tempora ferro.
Succeſſu exultans Phœbus ſe tollit ad auras:
Saucius ille autem fluitans Dictæa ſecabat
Aequora, & interdum tollebat brachia ponto,
Implorans patris auxilium, miſerabile uiſu,
Multa gemens. tandem crudeli morte ſub undis
Occubuit: procurua ingens ad littora corpus
Ingentes uexere undæ: tunc flebile pontus
Inſonuit, gemitumq́ dedit Neptunus ab imo
Aequore, & inſolito tremuerunt littora motu.
Heu pietas, puer æquorea reſupinus arena
Talis eras formæ, qualis formoſus Apollo
Venatu aſſiduo ſyluis exercitus Idæ,
Ilicis antiquæ ducit ſub tegmine ſomnos.
At Dea ut extinctum corpus tremebunda iacentis
Conſpexit, lateq́ patens per tempora uulnus,
Procubuit ſuper exanimum, magnoq́ ululatu
Illachrymans, grauiter tandem uix talibus orſa eſt:
Infelix, ego ne hac potui te ſternere dextra?
Qua promiſſa fides toties fuit, ut tua mecum
Vita foret ſimul his ſyluis æterna ſub altis.
Et nunc Dianæ manibus confoſſus, arena
Volueris, & nullas ſentis miſerande querelas,
Et patrium ſpargis ſpumanti ſanguine littus.
Crudelis mea dextra: ſed an crudelis Apollo,

Auctor qui tanti ſceleris fuit? inſcia fraudis
Sed quamuis Dictynna, tamen crudelis uterq;
Nec mage crudelis ego, quàm crudelis Apollo.
Ipſa dolo fratris ſi non ego uicta fuiſſem,
Non ego ſurgentes dubitaſſem ſcindere fluctus,
Auxilium latura tibi: ſed maxima nobis
Noſtra fides nocuit, uenturi neſcia fati.
Sed quoniam triſtes ſubeunt cœleſtia pœnas
Numina, ſi quenquam reuocare ad luminis oras
Nituntur, ſaltem ut ſummo ſpecteris Olympo
Concedet genitor caſu commotus acerbo,
Et natæ ante pedes flentis miſerebitur ultrò.
Dixit, & ingenti ſubitò circundata nube,
Seſe ad cœlicolûm ſedes ſic mœſta recepit.
Nec mora, Neptuni proles effulſit Orion
Sidereos inter motus, lateq; coruſcans
Proſpectat, quà Sol pelagi ſeſe occulit undis,
Et dextra inſurgens magno cum lumine clauam
Attollit, (nitet aurato pulcherrimus enſe
Balteus, incinctus lateri) ſeq; arduus alto
Oſtentat cœlo, atq; acrem in certamine taurum
Irritat: ſæuitq; animis, & tendit in hoſtem.
Hic leporem inſequitur, cuius dea ſanguine gaudet
Delia: at ille fugit celeri pede. cui canis inſtat
Sirius, & rapidis fugientem curſibus urget.
Hic quando ſubter radianti uertice terras

Labitur,

Labitur, & rutilum Oceani caput abdidit undis,
Aut cœli ſecat ætherios certo ordine curſus,
Apparet geminis canibus comitatus Olympo,
Informesq́ feras agitat duodena per aſtra,
Haud ſecus ac quondam per Cnoſia luſtra ſolebat.

PITYS.

Pitys erat forma ante alias ſpectanda ſorores,
Quæ colerent Pholoes gelidum nemus aut Erymãthi
Paſcua, et umbroſi luſtrarẽt ſumma Lycæi:
Qua non ullo feras ſyluis agitare fugaces
Doctior, aut poſitis informes retibus urſos
Fallere, & alipedem curſu præuertere ceruum,
Atq́ manu ualida telum intorquere per auras.
Illa choro Dryadum ſemper comitata ſororum,
Florentem ætatem ſyluis agitabat in altis,
Solaq́ luſtrabat denſos interrita ſaltus.
Dictæos arcus humero, pharetramq́ gerebat,
Olli quam dederat magno pro munere Cydon
Parrhaſius, quum Nympha pari certamine uictrix
Orſilochum rapidi uicit Ladonis ad amnem.
Hæc geminos Pana ac Boream torquebat amantes.
Pana ſed inſignem cantu uaga Pitys amabat:
Et quoties illum modulantem ad paſcua uidit
Partheniј, quamuis uenatu laſſa rediret,
Sub noctem toties gelida ſub rupe morata eſt.

Hic modò Mænalyſ ſyluis, modò colle Lycæo
Agreſti ſtipula dulces memorabat amores,
Atq; ſuam cœlo Pityn tollebat amanten.
Non ille inſanos referebat Apollinis ignes,
Seruaret niueos dum per iuga Theßala tauros:
Non ſeſe primum calamo inſonuiße paluſtri
Iactabat, carmenq; nouum ceciniße ſub umbra:
At nitidos Nymphæ crines, & eburnea colla,
Oraq; natiuo tantum ſuffuſa rubore
Pityos, & molles cultus, habitumq; canebat.
Hanc Boreas, quamuis ſeſe deſpectum, omnesq;
Incaßum fudiße preces ſe ſentit, amantem
Perſequitur tamen, & donis ingentibus inſtat.
Huic labor, huic ſtudium rigidos componere crines,
Abluere & ſparſos immundo puluere uultus:
Hic molles manibus uiolas, & cana gerebat
Lilia, & ad uirides recubabat ſæpius umbras.
Mulcebant hyemes Zephyri, triſtem grauemq;
Aeſtatem leuis aura, fluit uaga lympha recenti
Flumine, nec rapidos æſtus, aut frigora curat:
Ver erat aßiduum, ſeruabant gramina flores,
Et nemus omne comas, gelidis philomela ſub um-
Perpetuos dulci fundebat gutture cantus. (bris
Tanta quies inerat cœlo. nam captus amore
Venatu inuigilat Boreas, humeroq; pharetram
Fert demens, ſequiturq; feras per luſtra Lycæi,

Et blandè aſpirans ſyluas & rura peragrat.
Fortè aderat lux feſta, patri ſacrata Lyæo,
Quum Pitys ſub Sole nouo tendebat ad altos
Parthenij colles, humeris diffuſa capillos,
Et niueum ſuccincta latus, tum bina ſiniſtra
Tela tenens, leuiq́; pedes euincta cothurno.
Infelix uix illa uiam incomitata per umbras
Carpebat, quum ſub cliuoſo tramite montis
Obuius huic Boreas ſeſe tulit: illa repentè
Per nemora alta tenet celeres exterrita curſus,
Atq; amens animi nigra ſe ualle recondit.
Infrendens Boreas clamorem attollit, & iras
Excitat ingentes animo, ac nemus omne fatigat,
Amiſſam quærens inculta per auia Pityn.
Quid faceret? quò ferret iter? namq; abdita ſyluis
Nympha latet, non ultrà illam ſpes certa uidendi,
Non locus ullus erat precibus: tunc uertice montis
Conſtitit, atq; ardens cella ſub rupe reſedit,
Et ui qua maria alta ſolet miſcere procellis,
Lambere & alternis rorantia fluctibus aſtra,
Concuſſit nemus: at circum inſonuere repentè
Rupesq́;, uallesq́; cauæ, nemorumq́; receſſus
Horriſono ſtrepitu, ac crebris mugitibus æther
Intremuit, fractæ penetrarunt tartara uoces.
At Nympha ingenti ſonitu turbata uocabat
Tellurem, nemorumq́; deos, Dryadasq́; ſorores,

Sed fruſtra crinesq́ manu ſcindebat & ora,
Quum Boreas illam fugientem è fornice rupis
Vidit, & excelſo deiecit uertice in imas
Conualles: tunc ſic trepidans cadit, & cadit unà
Purpureus color, & flos, & decus omne ſororum.
Confeſtim Tellus cladem miſerata puellæ,
Annua cui quercu referebat ſacra ſub alta,
Augebatq́ ſuis ſtructas uenatibus aras:
Suſcepit gremio, uiridiq́ recondidit herba.
Hanc flerunt crinem effuſæ per paſcua Nymphæ,
Cum quibus exercere choros ad nota ſolebat
Flumina, & intonſis uenerari numina ſyluis.
Non illæ ſeſe uitreis merſere ſub undis:
Non uiſus ſyluis eſt Pan, non ſumpſit Apollo
Venatu auratos arcus, non carmen in umbra
Inter Hamadryadas cecinit: ſed conditus antro
Delituit, Nymphæ dum Pityos oſſa ſorores
Condebant tumulo flaui Ladonis ad undas.
Langueſcunt herbæ campis, mœſtiſsima Tellus
Purpureos nigro flores obduxit amictu
Pityos interitu. Quis non miſerabile fatum
Illius ingemuit? duri ſuſpiria montes
Fuderunt, paſsim illachrymarunt robora ſyluis.
At uerò plantam Tellus de nomine Nymphæ
Edidit, & dicta eſt Romano nomine Pinus,
Ruris honos, hortiq́ decus, nouaq́ addita ſyluis
Gloria,

Gloria, cui laurus Phœbo gratiſsima cedit,
Cedit & attollens ſeſe cypariſsus ad auras:
Idem amor eſt illi: magnā nam fronde uirenti
Dilectam Cybelen, & amatum Pana coronat:
Neptuni uirideſq; comas, Bacchiq; reuincit.
Quum uero Boreas gelido conſurgit ab axe,
Et tremit ingenti tellus exterrita motu,
Tunc ſtridet, uentoq; gemit percuſſa furenti,
Et tenues ſciſſo ſtillant è cortice guttæ.

DE XANTHIPPO ET Leuconoe.

THeſſalus inſignē forma Xanthippus amabat
Leuconoen, his æqualis creſcentibus ætas,
Vna eademq; domus præclara à ſtirpe parentum.
At mater iuueni iamdudum inimica uetabat
Connubia, & tali coniungi fœdere tædas.
Tunc miſer ille, grauiq; diu iam uictus amore
Torquebat ſeſe, gemituſq; ciebat amaros,
Quà liquidis Aſopus aquis ſyluam inter, et umbrā
Inter & arua fluit: curſu non amplius apros
Saltibus inſequitur Pindi, pulcherrima tantum
Illius ante oculos uirgo obuerſatur: & acrem
Haurit inexpletum membris ſitientibus ignem.
Cura eadem ſed Leuconoe percuſſa, parentem
Alloquitur, retegitq; ſuæ primordia flammæ:

Da mihi, quod tua Leuconoe iam nubilis orat,
Care pater, da Xantippi connubia gnatæ
Quæ petit, optatas liceat mihi cernere tædas.
Tu potes ipſe graues iras mulcere parentis:
Tu pater es, thalamos gnatæ concede petenti.
Aſpice quæ macies uultum deformet, & ora.
Non mentem timor ullus habet, non tabida corpus
Peſtis edit, tacitum uulnus latet oßibus, oraq́;
Inficit, atq; anima moribundos exuit artus.
Hæc caſtus mihi ſuadet amor, & uera fateri
Cogit, & accenſo terrorem è pectore pellit.
Atq; ego ni trepidæ menti ſpem ſæpe dedißem
Connubio me poſſe frui, ſi te hoc pater unum
Oraßem, dudum crudelia funera natæ
Vidißes. fari ulterius non paßus amantem eſt:
Nec mora, quum læto circum penetralia plauſu
Pulſa ſonant, epulasq́; parat iam Theßala pubes:
Et læta intendit frondenti limina lauro,
Progreditur iam iuncta ſuo noua nupta marito.
Aßiduus uenator erat Xanthippus, & omnem
Curam impendebat ſyluis inglorius altis,
Luſtrabatq́; frequens montes, ubi retia ſuetus
Tendere, & omne genus iaculis agitare ferarum.
Improbus huic nullum uerſabat in oßibus ignem
Arcitenens: tantum formoſæ oblitus amantis,
Abdita amat mage luſtra, ferasq́; inuadere ferro.

Verùm

Verùm ubi nox terras picea circuntegit umbra,
Venatu redit ille domum defeſſus, & omnem
Deducit ſomno noctem, nec dulcia curat
Oſcula, nec gremio infuſum ſe ſentit amantis.
Et uix Oceani Phœbus ſe tollit ab undis,
Ille iterum redit in ſyluas, caſſesq; plagasq;
Tendit, & aſſuetis exercet corpora curis.
Leuconoe interea thalamo miſeranda moratur,
Condit & inuiſos caro ſine coniuge ſoles.
Illa autem poſtquam terris noctem orta reducunt
Sidera, progreditur thalamo incomitata paterno,
Et chlamydem ſuccincta, tegit quàm uilis amictus:
Nec non mentis inops per ſaxa, per auia raptim
Carpit iter, ſuperatq; altas interrita cautes,
Quà coniunx uenturus erat: namq; illa timebat.
Ne coniunx aliquam ſyluis arderet in altis.
Et ſeſe ſic mœſta hederis bicoloribus abdit,
Quas illic latè errantes locus aſper alebat.
Tollebat iam Sol tremulo ſua lumina ponto,
Obductum nimboq; diem, tenebrisq; uehebat
Pallidus, indigna ne morte uideret amantes
Extinctos, poſitoq; rogo, fati inſcius Heros,
Caſſesq; rarasq; plagas haud lætior unquam
Saltibus aſſuetis poſuit: mora nulla, miniſtri
Syluarum extremas incingunt retibus oras,
Immittuntq; canes. illi inſtar fulminis acti

Accelerant rapidos nemoroſa per auia curſus,
Et nemorum latebras penetrant: incluſa ferarum
Agmina proturbant curſu, & fugientibus inſtāt.
Hæc modò uectus equo, curru modò uectus apertis
Inſequitur uelox campis: modò tramite curuo
Deſiliens pedes aggreditur, ſternitq́, fugatq́.
Aſt alius denſum nemus, aut loca peruia ſeruat,
Atq; ueru figit ualido, latratibus acta
Agmina ſæua premens: aliusq́ alta ad iuga mōtis,
Aut ſola ſub rupe canes tenet, aut tenet arma,
Quadrupedū obſeruans aditusq́ abitusq́ ferarum.
Dumq́ feras alij ueſtigant, haud procul ingens
Fit ſonitus, nemorum quà ſe miſeranda latebris
Leuconoe abdiderat, timidæq́ aduentat ad aures.
Namq́ altis impulſa iugis fera ſaucia dorſum
Quà latet ipſa, ſubit partem: mox denſa ſequentum
Turba canum incurrūt, atq; antri ad limina ſiſtūt.
Vulnere ſed fera laſſa graui ſubitò cadit inter
Retiaq́, morſusq́ canum. tunc maximus horror
Leuconoen tacitam inuaſit: quo territa uirgo
Concuſſit folia, & ramos quibus ipſa latebat.
Illa fugam feſtinat, opem uocat illa mariti:
Sed fruſtra. nam denſa hederæ uirgulta uirentis
Circum amplexa pedes teneros & crura retardāt.
Illam uiderunt trepidantem Vfensq́, Mimasq́,
Quos cane Amicleo partus Gortynia primo

Lyda

Lyda dedit, curſuq́ pares, & morſibus acres,
Et quibus admorant agreſtes ubera damæ.
Hi pariter pedibus ſubeunt pernicibus antro,
Actutumq́ premunt lethali corpora morſu,
Implicitamq́ hederis lacerant: tunc fortè ſecutus
Clamorem curſusq́ canum Xanthippus, ad antrum,
Quò ſtrepitus clamorq́ uocat, fera per loca tendit.
Vt primùm ſparſasq́ comas, laniataq́ uidit
Pectora, uix illam agnouit, trepidansq́ gemensq́
Secum ait: Inuiſi ſuperis moriemur amantes.
Et gremio laceros artus accepit inhærens.
Nec plura, errantes ſocios uocat, oraq́ monſtrat
Saucia Leuconoes, merſumq́ in ſanguine corpus.
Protinus aeriam toto cum ſtipite pinum
Cædit, & ingentem patrijs in ſaltibus aram
Conſtituit, iuxtaq́ pyram frondentibus alnis
Apparat, & iam accenſa rogo ſarmenta reponit.
Mox ſacram ſuperis aram ſub rupe ſacrauit,
Luſtrauitq́ focos mœrens, atq́ aſpera fleuit
Funera Leuconoe, & ſortem miſeratus amantũ eſt.
Vſentem iaculo petit, & mucrone Mimanta,
Hosq́ manu arripiens (iam cæſos) conijcit igni.
His actis, laceros dilectæ coniugis artus,
Et dulces olim exuuias legit, & capit arma
Venantum, & geminos Libyca de ſtirpe iugales,
Omniaq́ in medios proiecit turbidus ignes.

Stant circum taciti comites, ſilet aſpera circum
Turba canum, trepidant circum percuſſa recenti
Corda metu, non uox ſyluis auditur: ibi amens
Leuconoesq́; rogo, & cineri ſe immiſit amatæ,
Ardentemq́; animam medios diffudit in ignes.

LEVCOTHOE, SIVE LIVIA, M. Antonij Columnæ F. Ad Petrum Cannicerum Aragonium, Ferdinandi Rom. Regis Archiatrum.

Spreuerat inſano Nymphæ deuictus amore
Leucothoes Venerem Mauors: ripasq́; colebat
Thybridis, aut Aniena iugis delapſa fluenta:
Et poſitis ſyluas armis peragrabat, & acres
Oblitus bellantum acies, mulcebat ad amnem
Indomitos cantu flammati pectoris ignes.
Quinetiam quum paſtores in roſcida mittunt
Paſcua lanigeras pecudes, uel quum grauis æſtus
Cogit aprica greges loca linquere, & abdita ſyluis
Paſcua depaſci, pecudes comitatur, & unà
Auſonijs miſtus captat paſtoribus umbras.
Sæpe etiam ceruos telis agitabat ad undam
Thybridis, aut conualle caua, paribusq́; premebat
Curſibus agreſtes nodoſa in retia prædas:
Errantesq́; canes cornu reuocabat adunco.
Nunc ſeſe extollit, primo quod uulnere ceruum
Strauerit,

Strauerit, incurua iamdudum in ualle morantem:
Se quoq; ſetigerum dextro fixiſſe ſub armo
Iactat aprum, atq; animæ calamo rupiſſe ſonantĩ
Spiramenta: leuis quę uulnere fugit in auras
Spiritus, exanguemq́; anima indignata reliquit.
Nunc etiam abſentis Nymphæ candentia laudat
Pectora, ſidereosq́; oculos, & dulcia uerba
Proſtratus prope fontis aquã, quà murmure rauco
Vnda fluit: fontemq́; coma Iouis arbor obumbrat.
At dudum ſuccenſa graui Cytherea dolore
Linquit Acidalias ſedes: & uecta per amplum
Aera Laurentes agros, atq; ardua Romæ
Tecta petit, manibus quondam fabricata ſuorum.
Vt uerò ripis poſuit ueſtigia Thuſci
Thybridis, illi ingens Nympharũ occurrit ad amnẽ
Naiadum chorus, & ripa ſeſe obtulit alta:
Quarum una ante alias forma ſpectanda ſorores
Leucothoe deſeſſa ſolo uiridante reſedit:
Extremo quam nympha Ephyre Laurentia partu
Aerios inter montes, quà fons ſonat altis
Vallibus Albuneæ ſubter nemora alta uirentis,
Siluano dedit in lucem, quæ candida toto
Corpore componit flauos mira arte capillos:
Et comptos premit in nodum: nec flamina curat:
Ore refertq́; roſas: quas circumfuſa coronant
Lilia, odoratis quum tellus floret in hortis.

Inq; feras quot tela iacit, tot cæſa ferarum
Corpora procumbunt ſyluis: curſuq; fugaces
Præuertit capreas. amat hanc qui Thybridis alta
Flumina, & Albuneæ quiſquis bibit accola fontẽ.
Agnouit Cytherea ſui Mauortis amores
Fulgentes mirata oculos, & candida Nymphæ
Pectora, & albenti diuinum in ueſte decorem.
In mentem uenit hac forma ſe fallere Martem
Poſſe ferum. mora nulla, Deæ faciemq;, habitumq;
Ponit: & in faciem nymphæ mutata, repentè
Leucothoes ſuccenſa odijs, uelamine texit
Ardentes oculos. ſimul indignata profatur:
Hi'ne oculi mea cura recens, mihi cauſa doloris?
Quo caſu Dryades nymphæ ingemuiſſe feruntur
Prata per, agreſtesq; domos: nec cantibus ullis,
Aut ſolito herbarum ſucco potuiſſe mederi.
Stant circum nymphæ comites, Telethuſa, Thoeq;,
Eurynomeq;, decus nemorum, domitrixq; ferarum,
Et iaculo bona Dynamene: uigileſq; ſororem
Solantur, uarijſq; tenent concentibus ægram.
Odryſium hæc uatẽ cantu nemora alta trahentem
Commemorat, Stygijq; Iouis ſine ſole petentem
Regnaq;, Tartareaſq; domos pro coniuge cara,
Mulcentemq; animas fidibus, Ditemq; tremendum:
Promeruit quibus Eurydicen deducere ad oras
Aetherias certo ſub fœdere. narrat ad umbras
Eury-

Eurydicen redeuntem iterum, Stygijq́; ſecantem
Cœrulea rate fontis aquas: nam fœdera Ditis
Incautus uiolarat amans. illa addit amores
Anchiſæ, Veneriſq́; Pityn canit altera uerſam
In pinum, trepidans dum per iuga denſa Lycæi
Amplexus Boreæ effugeret: malletq́; canentem
Audire arboreis dilectum Pana ſub umbris.
Nec ſilet illa rogos Leucippi, & triſtia fata
Leuconoes: captamq́; dolis & fraude Dianam,
Inſcia dum ferro fixit caput Orionis:
Quum pelago puer infelix prope curua nataret
Littora, quà rapidus ponto ſe immiſcet Oaxes.
Interea firmans animum Cytherea, ſuperbas
Linquit Auentini ſedes, Anienis & amnem
Sola petit, ſequiturq́; feras uaga flumina propter:
Hic ubi ſole nouo ſocijs comitatus agreſtes
Sectatur per nota feras loca Biſtonius Mars.
Audierat Venus alma procul ſtrepitum nemus in- (ter,
Latratusq́; canum denſa increbreſcere ſylua:
Tunc celerat feſtina uiam, quà ſemita calle
Anguſto nemus ingreditur. iamq́; abdita ſyluis
Luſtra locumq́; tenet, quo Mars ſub poplite ceruū
Fixerat, & trepidum nemoroſa in ualle premebat.
Percurrit tener ora rubor, quum uidit amantem
Oblitum ueteris flammæ: atq́; exterrita primo
Aſpectu, retro torſit ueſtigia: & alto

Aggere compoſuit ſeſe: meditataq; uerba
Non potuit confuſa loqui: nam pectore ſenſus
Verterat, & mentem Lethæa immerſerat unda
Acer Amor. comites iterabat ualle ſub alta
Bellipotens, comitum cœtus tendebat ad amnem
Non procul à uiridi ſylua, notasq; uetabat
Reddere frondiferũ nemus, et iuga proxima uoces.
At tempus Dea nacta manu capit arma, ſinusq;
In nodum collecta ſuperuenit, atq; ita Martem
Alloquitur. Ceruum hunc primo ſub ſole coegi
In laqueos, ferus ille plagas, laqueosq; tenaces
Euaſit: ſequor hunc celerans (ut cernis) et omnes
Huc properant Nymphæ comites. non farier ultra
Hanc Mauors ſinit: at iaculum contorſit, & armos
Fregit, & enſe latus geminato uulnere rupit,
Et prædam Nymphæ dono dedit ardua terga.
Mox ſeſe collo implicuit, tunc Cypria Martem
Læta fouet gremio acceptum, colloq; lacertos
Circundat tenui repetens ſuſpiria uoce:
Atq; iterum blanda Mauortem uoce moratur.
Leucothoen Mars amplexus, tunc protinus ignem
Accipit occultum membris. it flamma per artus,
Nec ſpretæ infuſum gremio ſe ſentit amantis.
Tunc uoti iam facta potens Venus alma, remouit
Leucothoæ ex oculis poſitum uelamen: & auxit
Egregium formæ decus, inſuetumq; nitorem

Lumi-

Luminibus.tũc circũ auræ, et nemus omne refulſit:
Perq; arces nitidus fulgor, perq; alta cucurrit
Flumina: quo comites Nymphæ obſtupuere, nouosq;
Lætitia duxere choros: ſociamq; ſororem
Adiunxere ſibi, & nemorum petiere receſsus.
Accipe et hæc, quæ Muſa mihi prope Thybridis
Cõcinuit, Phœbi decus, & gratiſsime Regi (amnẽ
Cannicer: egregium fidibus atq; arte medendi,
Quem genuit fœcunda uiris Aragonia tellus:
Nec pigeat canere hæc olim ſeptemplicis Iſtri
Ad ripam, aut gelidi ſinuoſa ad flumina Rheni.

LAVRENTII GAMbaræ Brixiani Poematum Liber tertius.

GIGANTOMACHIA, AD illuſtriſs. Nicolaum Madrucium.

Nunc agedum, terræq; minas, & bella Gigantum
Dic mihi Calliope: nec te facta inclyta Diuûm
Pœniteat, magniq; Iouis memorare triumphos.
Ipſa patrem tota torquentem fulmina cœlo

Vidiſti, uictasq́ acies, ſuperûmq́ labores,
Luctantemq́ animam Sicula ſub rupe Typhæi.
Poſtquã terra parens Erebi perſenſit ad umbras
Saturnum, Cœumq́, Hyperionaq́ Iapetumq́,
Depulſos Iouis imperio, quibus horrida quondam
Bella mouens decimo tandem ſuperauerat anno,
Queis centum geminos fratres tellure ſub alta
Cuſtodes uigilesq́ dedit, ne erumpere ad auras
Aetherias poſſent, aut ferrea ſoluere uincla.
Illa graues triſti uoluebat pectore curas,
Vlciſci cupiens gnatos Dea: namq; uidebat
Et tela, & criſtas, atq; arma inſperſa ſuorum
Sanguine, ſidereis cœli rorantia tectis.
Audierat Phœbum Titania bella canentem,
Et Iouis egregias referentem ex ordine pugnas.
Ac ueluti teneras ſegetes quum proterit imber
Grandinis, & prono procumbit uertice culmus:
Quũ pater hinc atq; hinc nimbis crepitãtibus æther
Præcipitat, ſurgitq́ Notus: tunc occupat ingens
Agricolam dolor, & lachrymis ciet acribus iras.
Tunc illa è cœlo ſic indignata Gigantes
Progenuit: (mirum dictu) queis pectore magnum
Robur erat, fidensq́ animus, queis ſquama draconũ
Circum amplexa pedes latos, & crura tegebat.
Eſt locus Emathiæ ſyluis circundatus altis,
Horrentiq́ umbra, & caligine merſus opaca.

Hunc

Hunc raptim confiſi animis tenuere Gigantes.
Mox geminas uibrant imis cum ſtirpibus ornos:
Pars altas tollunt antiquo robore pinus
In ſuperos, ipſumq́ Iouem: pars montibus altis
Aduoluunt magnos mõtes, & ad æthera torquẽt.
Præcipuè intentat ſuperis lethumq́ metumq́,
Porphyrion, magnoq́ Iouem clamore laceſſit
Ad pugnam, quo tota tremit conterrita tellus.
Tunc pater inſtructas cœli de parte phalanges
Deſpiciens, Maia genitum uocat, atq; ita fatur:
Infernas pete nate domos, atq; alta profundi
Tartara, Cyclopumq́ manus, quas uincla coercent,
Solue, uiam carpens antra ad Vulcania, tecumq́
Hos comites adhibe, & Liparæ ſub rupe morantes
Vulcanum alloquere, ut contra noua bella Gigantũ
Arma parẽt. mora nulla, Erebi petit impiger um-
Cyclopũq́ manus, & ferrea uincula ſoluit, (bras,
Atq; uiam carpens antra ad Vulcania ſecum
Tergeminos ducit comites, Liparæq́ morantem
Vulcanum, dura uerſantem forcipe ferrum
Alloquitur, ſummiq́ patris mandata reportat.
Hic dum miratur proles Cyllenia pugnas,
Saturnumq́ Iouis fugientem fulmina ab alto
Miſſa polo, uerſasq́ acies, Erebiq́ profundo
Titanas merſos, uictriciaq́ arma deorum:
Dum ſeſe ex chalybe formatum agnoſcit, & ære,

Et magnum incuruo ferientem Hyperiona ferro:
Parte alia centum tollentem brachia cælo,
Totq́; ſimul ſtringentem enſes, magnoq́; minantem
Vimq́; metumq́; Ioui, dum conſpicit Aegaona,
Ignipotens operi ſe accingit: deinde Cyclopas
Aduocat. hi pariter properant iam fulmina, iamq́;
Arma deûm ardentes inſtant, galeasq́; orichalco
Informant, clypeosq́; graui ex adamante rigentes.
At pater omnipotens rerum fata abdita noſcens,
Concilium uocat ætherei ſub limina cæli.
O ſuperi, uidiſtis (ait) quæ bella Gigantes
Terrigenæ cælo intentent, quibus audeat orſis
Mortalis gens, poſſe deos detrudere ab alto.
Olim terra parens pulſos ad tartara uidit
Titanas, tumidumq́; Gygen, uaſtumq́; Ephialten.
Tu uerò mea gnata cito pete tramite Thebas,
Alcidenq́; uoca, rediit qui nuper ab oris
Victor Hyperboreis, portans poma aurea ſecum,
Et nunc ire parat Diomedis ad impia tecta.
Hæc ubi dicta, animis cæleſtibus addidit iras,
Victrices diuûm ſpirans in pectore pugnas.
At Pallas mandata Iouis citò lapſa per auras
Exequitur, Thebasq́; petit: tunc inclytus Heros
Propter aquam uacuo domitabat in æquore currus,
Quem bonus Eurytion rapido ſub ſole docebat.
Tunc Pallas ſublimem illum ſuper ardua duxit

Atria

Atria ſtellantis cœli: ſecum ille ſagittas
Attulit: has olim Lernæo in ſanguine tinctas
Alcidæ dono dederat pharetratus Apollo.
Protinus ante pedes magni Iouis aſtitit Heros
Oetæus, clauam attollens, quam ſtipite querno
Saltibus in Nemeæ multa fabricauerat arte,
Quatuor aſſurgit magnum cui corpus in ulnas.
Ex oculis ignem ſpirat, bellumq́; metumq́;,
Goryti ex humero pendent: uix Iuppiter illum
Amplexus, quum Mercurius Vulcania ſecum
Aſtitit arma ferens. Solio tum tollit eburno
Se pater, & ſuperis radiantia diuidit arma.
Dat phœbo auratos arcus, pharetramq́; ſagittasq́;:
Et Marti falcatum enſem, galeamq́; nitentem.
Haſtamq́;, clypeumq́; acri dat habere Mineruæ:
Et thoraca ſimul munimen pectoris ingens.
Loricam horrentem ſquamis, magnumq́; tridentem
Neptuno, atq; haſtam lethali cuſpide donat.
Dat Veneri faciles arcus, facilesq́; ſagittas:
Aſt acres arcus, atq; acria tela Dianæ.
Innumeros ignis radios, & ſulphura uiua
Attulit ignipotens, & mille tonitrua ſecum.
Quas inter Styge nata uolat Victoria pennis
Præpetibus, diuosq́; alacris in prælia ducit.
Cœlicolæ aſtabant accincti pectora ferro,
Magnanimi Iouis ante pedes. Amor acer inermis

Solus

Solus erat, tantum è roſeo pharetra aurea dorſo
Prominet, infeſta criſpans tela ignea dextra.
Bellandi ante alios Pallãta Amor improbus urget,
Impatienſq; moræ ſtimulat furor: increpat omnes
Cœlicolas, Erebiq; deos, & numina ponti.
Phœbum deſpicit ille, ſagittiferamq; ſororem,
Nec ferrum timet, aut magni Iouis ignea curat
Fulmina, ſed ſubitò ſyluis erumpit ab altis.
Nec non Phlægræis tollit ſe è uallibus audax
Oromedon, ſummumq; graui petit æthera pinu,
Frondoſumq; Mimas uaſtis ceruicibus Oſſæ
Imponit Pindum, atq; Othryn, quos Iuppiter atro
Fulmine ſubiectum campi diſiecit in æquor.
Alcyoneus caput è ſyluis, mirabile uiſu,
Attollens, ſuperos dictis iaculoq; laceſſit
Ad pugnam, læuamq; manum frondentibus implet
Ilicibus, fidens animi, ſe ſcindere cœlum
Poſſe putans, ictu gemino ſi lucida tangat
Sidera: quum furti memor indignatus Apollo
Magnanimum infenſis petit Alcyonea ſagittis.
Ille autem magni temnens tela irrita Phœbi,
Attollit modò præruptis cum montibus alnos:
Et modò tela manu ingeminat, modò frondea dẽſat
Robora, Theſſaliaq; furens exultat in aruis.
Hunc contra Alcides direxit tela furentem,
Tela ſed haud iuuere acrĩ perfuſa ueneno.

Vt

Vt uerò Pallas uidit non corpore uulnus
Accipere, at magis atq; magis conſurgere in hoſtē:
Tunc illi igneſcunt iræ, geminisq; rigentem
Cæſariem implicuit manibus. namq; optimus olim
Iuppiter addiderat natæ uiresq; animumq;.
Ille autem haud aliter pugnā perterritus hæſit,
Quàm lupus, Atlātis ſequitur dū per iuga tauros,
Excelſa longè ſpectans de rupe leonem,
Perfuſum latos humeros atq; ora cruore:
Olli animus ſubitò nigra formidine torpet,
Nec uerſare dolos audet, nec fidere curſu.
Atq; ita correptum manibus trans conijcit orbem,
Noctiuago quem pulchra ferit Latonia curru.
Ingemuit Pallas: partu nam ſuderat uno
Hos geminos fœcunda parens, primiq; ruebant
In bello, extremi nec non in caſtra redibant.
Alcyoneu belliq; decus, lumenq; tuorum,
Quis mihi te eripuit? quis te trans ardua iecit
Sidera, quid iuuit miſerum inuiolabile corpus?
Aſt ego cœleſtes ſuperos. ſic fatus, in ipſam
Pallada contorſit procero ſtipite pinum.
Porphyriona petit leuibus Venus alma ſagittis,
Illiusq; femur nudum perſtrinxit. at ille
Subridens, rapit antra ſimul cum montibus altis,
Et iacit: intremuere alti tecta intima cæli.
Hunc contra iaculum intorſit Saturnia Iuno:

Ille

Ille ictum obiecto clypeo declinat, & haſtam
Vellit, & ad ſuperos animo indignante retorſit,
Atq; ait: O ſuperi, non ſunt hæc aſpera bella
Fœminea exercenda manu: ſed quis deus ille eſt,
Cui pellis dorſum atq; humeros & pectora lata
Fulua tegit, clauamq; manu læuaq; pharetram
Oſtentat? num fortè feras agitare per altas
Se putat Emathiæ ualles, aut per iuga Pindi?
Deſcendat, mecumq; pari certamine pugnet.
Aſpiciet, quis ſit melior pede, uel mage dextra
Fortis, & aduerſum procurrere primus in hoſtem.
Non tulit Alcides iaculum, ſed mittit, & ipſum
Tranſadigit medium, ſyluisq; extendit in altis.
Collapſam manibus Clytij Dictynna ſecurim
Arripit, arreptamq; iacit trans ultima Bactra,
Trans maris Oceani fines. furit ille ſecuri
Amiſſa, reſonatq; graui nemora auia uoce.
In tergum Clytij direxit uulnera uirgo
Arcitenens: ruit ille graui ſub uulnere, & ambas
Tollere conatur palmas, ſed dextra recumbit
Ad terram, tingitq; nouo nemora alta cruore.
Sæpe per immenſum uolitabant æthera montes,
Et ſæpe auulſæ pulſabant æthera pinus.
Iuppiter inuicta uibrat uaga fulmina dextra,
Vulcanusq; globos flammarũ immittit in hoſtes,
Et Clytij inuoluit flammis crepitantibus artus,

Huius & ampla graui diffindit tempora telo.
Hunc pater omnipotens iam uiſcera rupta trahentē
Occupat, & iacto fugientem fulmine ſiſtit.
Tunc diuerſa metu trepidi petiere Gigantes:
Ac ueluti lepores Balearis in æquore campi
Diffugiunt, quos lapſa polo Iouis ales ab alto
Hinc atq; hinc agitat: non hi conſueta ſub altis
Luſtra petunt latebris nemorum, ſed præpete curſu
Tranſmittūt nemus inſuetū, et loca ſentibus obſita:
Illa autem huc illuc uolitans bipatentibus alis
Terrorem immittit, roſtroq; immurmurat unco:
Per medios ignes ruit indignans Ephialtes,
Hic dextra læuaq; bonus radiantia Bacchi
Arma quatit quercu annoſa, truncoq; uirenti
Vmbonem obtundit clypei, galeamq; nitentem.
Hunc iuuit Mars auxilio, & ſub poplite telum
Conÿcit. ille trahens ueſtigia tarda, reliquit
Inceptum belli certamen, opemq; ſuorum
Voce uocat. gemit ille graui ſub uulnere, ſed Mars
Tranſadigit geminas ferrata cuſpide fauces,
Rurſus & effractis tranſuerberat inguina coſtis.
Huic læuum lumen iaculo munitus ademit
Delius: at dextrum Alcides effodit, & illum
In medias iecit flammas, uſtumq; reliquit.
Inſcius accenſos euaſerat Eurytus ignes:
Neptuni at ualida confoſſus corruit haſta;

Lethiferumq́ alto ferrum in pulmone reſedit.
Fulminat et Bacchus thyrſo, Enceladũq́ per ignes
Inſequitur, thyrſoq́ ferit, flãmisq́ reuoluit.
Parte alia hunc Pallas telo premit: ille profundum
Ionium ſecat, & Siculis celer aſtitit oris,
Ingeminata ferens procero haſtilia dorſo.
Hunc ſequitur Pallas fugientem ad lata Pachyni
Aequora, quem ſupra toto cum uertice montis
Trinacriæ partem impoſuit, terramq́ ſub ipſam
Condidit, extinctum ut gremio Terra alma teneret.
Per iuga longa fugit Polybotes, iamq́ per æquor
Cœruleum properabat iter: Deus æquoris illum
Inſequitur, bipedesq́ agitat per ſumma iugales,
Cœrula Sthenonta, Enceladumq́, leuemq́ Eriolen,
Nereidum dextra læuaq́ chori freta ſulcant
Aſpera: tunc pariter uigiles, fidiq́ ſequuntur
Tritones, leuiq́ cient uaga numina concha.
Hunc circum innumeræ gentes, immania monſtra,
Verrebant bifidis ſpumantia marmora caudis.
Territus aſpectu tanto, ſtrepituq́ ſequentum,
Heu demens, altis pelagi ſeſe abdidit undis.
Tunc partem extremam Coæ Saturnius urbis
Conuellit, tum mole premit, conditq́ tridentem
Sub iugulum, ſparſitq́ undanti ſanguine cautes.
Nec non Mercurij rigido cadit Hippous enſe,
Qui centum chalybe informi conſtruxerat ornos,

Oraq́

Oraq́; temporaq́;, & clypei connexa reſoluit
Robora, & exanimem Penei coniecit ad undas.
Huic læuam incuruo proles Cyllenia ferro
Abſcidit, & latos humeros atq; inguina rupit.
Nec procul hinc Pallas Pindi per ſumma ruentem,
Tollentemq́; latus montis, cœloq́; minantem
Exitium Pallanta uidet: tunc diua ſub umbra
Se condit patulæ quercus, quà plurima ſurgit
Sylua loco, latera alta tegens frondentis Olympi.
Hinc Dea fraude loci fidens, nemorumq́; tenebris,
Proſilit, atq; illum crudeli intercipit haſta,
Atq; ora atq; humeros atq; abdita uiſcera rupit:
Bellator terra moriens immurmurat uda.
Aggreditur Mauors fortem mucrone Mimanta,
Brachiaq́;, forteſq́; toros, crateſq́; petiuit
Pectoris: at nihil ille tamen ſic ſaucius horret
Mauortem, ualida nec torta haſtilia dextra.
Aſt ardens ſubitò ſe colligit, & rapit alnum
Frondentem, uibratq́;: cruor ſed profluus illi
Eripuit ſolitum robur, ceciditq́; repentè
Ad terram grauis alnus. ouans tunc occupat illum
Bellipotens, iaculoq́; ferit ſub poplite dextro:
Nec non turpia labra, ſuperciliumq́;, genaſq́;,
Frontemq́;, dextrumq́; oculum percuſsit acerbo
Vulnere, fatiferamq́; adigit per colla ſecurim.
Oromedonta graui pugnator arundine Mauors

Apidani ad ripas ſiſtit, cui plurimus ore
Terror erat: tunc Oromedon nemus omne coruſcat:
Dentibus at ſtredet Mars impiger, & premit hoſtē:
Illius atq; femur uaſto proſcindit hiatu.
Ille cadens multo madefacit ſanguine ripas,
Nympharumq; toros, & ſparſa ſedilia muſco.
Sternit Athon iaculo Phœbus, Cyllenius enſe
Besbicon, iniecto Mauorsq; Damaſtora ferro
Deycit. ardebant iam ſquamea crura Pelori,
Fulmine contorto dextra Iouis: aſper Echion
Palladis armiſonæ telo cadit, horridus alta
Aſtra ferit clamorq; deûm, gemitusq; cadentum:
Et ualles reboāt ſtrepitu, & nemus omne remugit.
Hic ingens ſeſe tollebat ad æthera rupes
Saxea, quam multo cingebant robore ſyluæ.
Huc ſeſe rapidi uaſta ſub rupe recondunt
Agrius atq; Thoon, miſcentes prælia ferro.
Extulit ingentem clauam dextra Agrius, atq;
Se dubiæ accingit pugnæ. ſtat limine in ipſo
Ipſe Thoon, ueluti rupes Marpeſia, & ipſum
Martem uoce uocans ad prælia ſæua laceſſit.
Aeriam pinum iacit Agrius: illa comantem
Mauortis galeam ſtrinxit, quà fibula guttur
Mordet, & aurato dependent cingula ferro.
Non tulit armipotens, ſed magnū in pectora uulnus
Inſligit: tamen ille nihil Mauortia curat

Vulnera.

Vulnera, ſed magis atq; magis procurrit in hoſtem,
Dum uerò inter ſe belli certamina miſcent,
Ictibus aßiduis clypei ſtrepit æreus umbo.
Proſiluitq́; Thoon antro, clauamq́; per auras
Intorquens, magnum conatur ſcindere cœlum.
Mox illam ſumma cœli de ſede cadentem
Arripit, Alcidenq́; petit, clauaq́; ſiniſtrum
Percußit latus, & primo ſe in limine ſiſtit.
Ingemuit ferus Alcides, ſummumq́; Thoonis
Oppoſitum rapida penetrauit arundine pectus.
Subſtitit ille furens animis, & turbidus ira
Alcidæ ſeſe opponit: ſtat in aere pernix
Alcides, ſæuitq́; animis. ille arduus alno
Fulminat annoſa, Amphytrioniademq́; fatigat.
Ardet inexpletùm Alcides, clauamq́; per aures,
Ora per, impubesq́; genas, perq́; ilia uerſat.
Hic uerò fidens animis & robore, ſaxum,
Saxum ingens ruit ad poſtes, atq; obijce magno
Limina præcluſit rupis, fratremq́; ſub alto
Gutture transfoßum crudeli in Marte reliquit.
Omnem autem acceßum rupis luſtrabat, et omnem
Amphytrioniades aditum per opaca locorum
Quærebat ſyluæ, durosq́; ad limina poſtes
Vellere tentabat fruſtra. tunc talia fatur:
Da pater omnipotens tantam conuellere molem
Poſſe mihi, & cæcas ſpeluncæ intrare latebras:

Et mihi nullus opem diuûm ferat: hunc ego ſolus
Aggrediar, ſpectent ſuperi certamen utrunq;.
Dixit, & horrifico diſiecit limina telo
Indignans pater omnipotens, aditumq; recluſit.
Ad terram domus alta ruit, ruit ardua moles
Montis, & occultum celſa ſub rupe Thoonem
Opprimit: ille autem dorſo dum pellere montem
Inſtat, & auxilium fratris petit: ilicet alta
Indignans ultricem animam ſub rupe profudit.
Excipit Alcides Agrium: uolat ille repentè
Turbidus, atq; ictum laua deflectit, & ore
Infrendens, criſtas Martis de caßide claua
Excutit, atq; apicem galeæ, atq; aurea duro
Tempora perſtrinxit ferro, Martemq; moratur.
Non aliter, quàm quũ rabidi maris æquora ſulcat
Nauita puppe leui, ſi fortè extantia ponto
Saxa uidet, clauum detorquet, & aſpera ſaxa
Exit, & ingenti lethumq; metumq; labore
Depellit, uictorq; ratem defendit ab ictu.
Confeſtim Mauors illum rigido ferit enſe
Sub femur, & clypeum lateri confixit: at ille
Dum tentat dextra nequicquam euellere ferrum,
Mars ictũ ingeminat, dextramq; relinquit inermẽ.
At Martis gladio perterritus armipotentis,
Tellurem petit: & Mauors ſupereminet haſta,
Transadigitq; femur ferrata cuſpide, & illi

Abſtulit

Abſtulit indignantem animã, miſitq́ ſub umbras.
Pan concha tandem inſonuit, quo cætera pubes
Territa terrigenûm eſt, incœptaq́ bella reliquit.
Quos omnes dum terga fugæ pallantia uertunt,
Amphitryoniades telis confixit acutis.
Picoloos uerò fugiens Iouis arma, deûmq́
Inſidias, belliq́ uices, iam proxima ponti
Littora, Tyrrheniq́ maris freta longa tenebat:
Iam ſublime iugũ, & uitreæ nemora ardua Circes
Occupat, atq́ ipſam regno depellere tentat.
Stabat odoratis Circe circundata ſyluis,
Et totum imperio littus montemq́ tenebat.
Protinus auxilium gnatæ tulit impauidus Sol,
Sol pater Aeææ Circes, & ſæua per auras
Tela manu iaculatus humi proſtrauit, & alto
Vulnere transfodit pectus, trepidæq́ recluſit
Vitales animæ latebras, & ſanguine colles
Imbuit. at Tellus cari perterrita gnati
Interitu, lachrymis gemitus æquabat amaros.
Tunc ſic mœſta nouum nati de ſanguine florem
Progenuit, niueo ſuperantem cana colore
Lilia (Moly uocant) nigra radice cruores
Nigrantes imitata, ualent quam numina tantum
Vellere, & ex hominũ mẽbris agere atra uenena.
Iamq́ aderat ſumma cœli Neptunus ab arce,
Cæde noua exultans, hoſtiliq́ arma cruore

 Sparſa

Sparſa ferẽs, animisq́; fremẽs, et ſanguine Mauors,
Clauamq́; clypeumq́; gerens, contortaq́; ſaxa:
Atq; una comes Alcides, inuictaq́; Pallas.
Concilium cogunt ſuperi, exuuiasq́; Gigantum,
Armaq́; rapta humeris, quercus, alnosq́; recentes
Sanguine præfigunt alti ſub fornice cœli.
Pax cœlum tranquilla colit: ſed ſola recuſat
Ferre nouas fruges, atq; annua munera Tellus,
Atq; auerſa negat diuûm ſpectare triumphos.
At lætus reſidens ſolio ſtat Iuppiter alto.
Terra iterum ut uidit ſummo ſpolia ampla ſuorum
Fixa polo, longùm ingemuit concuſſa recenti
Vulnere: nec quid agat, nec quò ſe uertere poſſit
Conſpicit, an ſeſe uaſto diffundat hiatu,
Diſſimulet tantos an triſti corde dolores.
Mox ira ſuccenſa, graui ſuccenſa furore,
Corpora Theſſaliæ ſyluis inhumata reliquit,
Nec meminit de more pias exſoluere gnatis
Exequias: miſeram tantus dolor æger edebat.
Fleuit at illa tamen mœrens, ſparſitq́; capillos
Puluere, crudelemq́; Iouem & fata impia dixit.
Stat cædem ulciſci gnatorum: deinde per umbras
Tartaream penetrat decliuo tramite ſedem:
Diſcinctosq́; inculta ſinus, Phlegetonte ſub imo
Regem adit, & pugnas memorat, caſusq́; ſuorum,
Et lachrymans implorat opem. tunc Tartarus illam

Nigranti

Nigranti ſolio reſidens ſolatur, & omnem
Spondet opem, iurans Stygis inuiolabile numen.
Poſt decimum Tellus partu dedit improba menſem
Tartaream prolem, & cunctis mirabile mōſtrum.
Huic horrenda hominis facies, ſuper ardua cœli
Vertice, & extenſis utroq; à cardine palmis
Oceani extremum littus contingit utrunq;
Tercentum capita è manibus ſquamoſa draconum
Surgebant, totidemq; angues è cruribus altis
Edentes rauca ſtridentia ſibila uoce.
Horrida barba tenus laterum, crinisq; fluebat,
Velabant fuſcæ nigrantia corpora pennæ.
Hic tempeſtates rapido cum turbine, ſulſurq;
Accenſum uomit ore, ignesq; ad ſidera iactat.
Horridus ille autem magno cum murmure, cœlūq;
Aggreditur, cœliq; deos ad prælia dura
Prouocat, ingeminans totis cum montibus alnos.
Increbeſcere Martis opus, bellumq; metumq;
Vt ſuperi uidere, animos, deſuetaq; dudum
Arma parant trepidi: totum radiantibus armis
Ardebat cœlum, pugnasq; & prælia ſæua
Accelerant, cupidi telis inſternere monſtrum.
Mars læuam inſertat clypeo, pectusq; humerosq;
Et ſuras auro includit, curuumq; ſiniſtro
Enſem aptat lateri, galeamq; accommodat, atq;
Cornipedes immittit equos, & fulminat haſta

Terribilis latè ſquamis radiabat & auro.
Ignem oculis uomit Alcides, plenamq́ ſagittis
Fert humero pharetram: nec non & bellica Pallas
Haſtam torquet agens circum, cui purpura pectus
In nodum collecta tegit, tegit aurea crines
Caſsida, & Eois radiantia tempora gemmis.
Ingruit æquoreis ueniens Neptunus ab undis.
Delius aſtabat iaculo metuendus & arcu,
Indutus latos humeros pectusq́ orichalco.
Mox Orci galeam induitur Cyllenia proles,
Vertice cui ſummo rutilans nitet ignea lampas.
At ſubitò incurua ſurgens de ualle Typhœus,
Frondoſum latus aerij conſcendit Olympi,
Alta gerens læua ſummi faſtigia Pindi:
Imponitq́ humeris Oſsæ, glomeratq́ per auras
Grandia ſaxa, grauesq́ immani pondere moles.
Nec mora, ſiderei portas obſedit Olympi:
Recluſitq́ fores, magnisq́ ſonoribus alta
Atria perſonuit cœli, fumoq́ uolucri
Et rapida impleuit flamma, quam faucibus ille
Euomit. intremuere alti ſpacia ardua cœli:
At non intremuit diuûm pater, aut pia diuûm
Numina, ſed pariter ſurgunt de ſedibus aureis.
Limina tutatur Mauors, quæ clauſa Typhœus
Toruùm uociferans læua tenet, & quatit alta
Atria, Cœlicolûmq́ domos ſtridoribus implet.

At pater omnipotens cœli in penetralibus altis
Indignans, ſolo portarum ingentia nutu
Clauſtra aperit: prior Alcides rapto emicat arcu.
Vt tigris uiſo hoſte, cauo ſe proripit antro
Cum fremitu, tollitq́ animos, & ſe excitat ira
Procurſu in medio: haud aliter ruit arduus heros.
Subſequitur Mars, & rapido pede nubila cœli
Tranat: & Emathij ſe uertice ſiſtit Olympi
Mercurius, Pindumq́ petit Tritonia Pallas.
Et pater ignipotens flammis armatus, & atro
Sulphure, uicinis nemorum ſeſe abdidit umbris,
Quà uitreis Peneus aquis, lymphaq́ recenti
Extendit placidos curſus, ubi Delia ſurgit
Laurus, ubi ingentes ramis beneolentibus umbræ
Proueniunt, gratæ nymphis uenantibus umbræ.
At Phœbus, Phœbiq́ ſoror, per inania cœli
Diſcurrunt, iaculo inſignes, pharetraq́ ſonanti.
Iuppiter ætherei cuſtos permanſit Olympi,
Aſpectans ſuperûm pugnas. altumq́ Typhœus
Aethera deſeruit: poſtquam ſeſe undiq; ſeptum
Conſpexit, pinum criſpans nemus omne peragrat,
Mauortemq́ petit. tunc dura cuſpide Mauors
Ardua crura ferit læuo ſub poplite, & illum
Proculcat: uolat Alcides, uolucriq́ ſagitta
Excipit hunc, humerosq́ indigno uulnere rupit.
Et clauam tingit, uibrataq́ tela cruore.

Ille furens animi dextra rotat ardua ſaxa,
Euomit atq; globos flammarum è faucibus atris,
Horrendum ſtridunt hydri: duo grandia ſaxa
Miſit in aduerſi fulgentia pectora Martis:
Mars clypeum opponit, clypeiq; ſub orbe reſultãt.
Tunc pariter facto conſiſtunt agmine diui.
Vulcanus montes flammarum immittit in hoſtem:
Spargit & immiſtis ſtridentia ſulfura flammis.
Hunc haſta Pallas petit, hunc ferit enſe ſub imo
Gutture Neptunus, proles Cyllenia dorſum
Confodit falce ancipiti: Latous Apollo
Arte noua tumulum properus capit, arduus unde
Hoſtem ex inſidijs à tergo inuadere poßet.
At Phœbi ſoror, atq; comes, nunc ſpicula dextra
Intorquet, nunc præcipiti uolat ignea curſu:
Atq; illum premit & iaculo, leuibusq; ſagittis.
Irritant clamore uirum Iunoq;, Venusq;.
Gaudet Amor caræ genitrici tela facesq;
Suggerere, & flexis intendere cornibus arcum,
Contra terrigenas acies: gaudetq; Gigantum
Sanguine, & hoſtiles iamiã dare terra phalanges.
Cnoſia tela manu dextra Tyrinthius heros
Ingeminat, teloq; caput tranſfigit acuto.
Ille autem impauidus, nec uulnere territus ullo,
Alciden contra arma mouet: lethumq; minatur
Cœlicolis, audetq; deos ſe opponere contra.

Ille pedem pelago læuum tenet, arida culta
Quà Cinyps rigat, & Libyco ſeſe æquore condit.
Dextrum Pindus habet: terraq́ mariq́ uiciſsim
Terribilis pugnam exercet, ſuperosq́ fatigat.
Ille autem ſcopulos ima ab radice reuellit,
Ingentes pelagi ſcopulos, aduerſaq́ tendit
Arma deûm contra, ſaxisq́ rotantibus inſtat:
Vrget, agitq́, uocans Tellurem in uota parentem.
Da mihi chara parens medijs inuoluere diuos
Fluctibus: ille deûm genitor me ſpectet ab alto
Victorem, uideatq́ dolens ſubmerſa ſuorum
Corpora cœruleo hinc atq́ hinc fluitantia ponto.
Audijt omnipotens genitor per inane Typhœa
Clamantem, pariter terra pelagoq́ furentem,
Conſpexit pugnasq́ deûm, belliq́ labores:
Mox currum infrenat, uolucriq́ per aera curru
Inuehitur loca ſumma petens: flectitq́ iugales
Alatos, ſtimulis agitans: paſsimq́ Typhœa
Vrgentem huc illuc crudeli Numina bello
Telis fatiferis inuadit, quæ Iouis ales
Attulerat, quondam Aeolijs fabricata caminis.
Hic rapidum modò flectit iter, quà Caucaſus ingens
Medorum dites ſyluas diſiungit ab Indis,
Et rubrum tangit latis radicibus æquor,
Et modò Tyrrhenos fluctus, modò tranſilit alta
Aequora, ab æquoribus longè diſtantia noſtris,

Corripit

Corripit atq; uiam per inhoſpita Colchidis arua,
Aruaq́; qua nitidam mortalibus aurea Phœbi
Dat lucem rota luciferi, atq; ardentibus orbem
Cæruleum luſtrat radijs, & luce ſerena.
Inſequitur curru reſidens Saturnius aureo,
Infenſisq́; premit telis, tonitruq́; coruſco.
Vt uerò tandem tenuit Pangæa Typhœus,
Ingruit, aggreditur ſuperos, procurrit in hoſtes
Aduerſos, mora nulla: ruit per paſcua præceps,
Per Rhodopes iuga longa, Iouis nec fumida ſentit
Fulgura, nec rapidis agitata tonitrua uentis.
Saucius ille autem maculabat ſanguine multo
Threycios paßim colles: unde Hæmus ab illo
Aeternum per ſæcla tenet memorabile nomen:
Vnde etiam (mirum dictu) noua monſtra repentè
Proſiluere, nocens rabido quibus ore uenenum,
Vel denſo ſub dente latet, quæ noxia tactu
Et morbos mortemq́; ferunt mortalibus ægris,
Inficiuntq́; leues diris afflatibus auras.
At laßus fugit ille iterum, & petit æquora lata
Trinacriæ, & tandem Siculis ſe ſiſtit in oris.
Tũc ualida pater omnipotẽs dextra arripit Aetnã,
Et magnum tegit ingenti ſub mole Typhœa,
Huius & ora humerosq́; graui ferit arduus ictu:
Excutere erecto montem dum pectore tentat,
Ingemuit grauiter ui fulminis ille coruſci.
Trinacriam

Trinacriam flagrantem altè ab radicibus Aetnam
Ignibus aſpiceres intorta, ob fulmina dextra
Magnanimi Iouis: hic montem, paritérq; Typhœa
Fulminibus tangit, perhibentq́; ob fulmina iacta
Perpetuos ignes fundi è radicibus Aetnæ:
Qui ſæpe attollunt incendia uaſta per auras,
Et ſæpe exurunt lætis cum frugibus agros.
Nec mora, Cœlicolæ radiantis in ardua cœli
Atria conueniunt: diuûm Rex maximus alto
Conſedit ſolio: cithara mox Delius aurea
Perſonat, & Superûm pugnas, belliq́; labores
Concinit, inuictiq́; Iouis longo ordine laudes.
Ille Iouem è cœlo iactantem ſæua canebat
Fulmina, diſiectaſq́; acies atq; arma Gigantum,
Luctantemq́; animam Sicula ſub rupe Typhœi.
Parte alia alternis referunt facta inclyta diuûm
Pierides, lauro inſignes, & ueſtibus aureis.
Salue hominũ rerũq; parens, quẽ Tartara et æther
Obſeruant: de more tuis ſacra annua templis
Inſtituam, & ſacri reſidens in limine templi,
Bellaq́; deuictaſq́; acies, partoſq́; triumphos
Ipſe canam: tu digna tuis modò laudibus ora
Da pater, inq; tuis medium me ſiſte triumphis.
Has tibi Madruci pugnas, uictoſq́; Gigantes,
Ad uirides cecini ripas, quà Thybridis unda
Cœlicolis gratam ſuperis interluit urbem.

Non ſine te maris immenſos inuadere fluctus
Tentaſſet mea cymba, nouo nec in æquore uela
Tendere: ſed Cluſi tenuiſſet parua fluenta,
Quà uitreis mea te genitrix rigat Aſula lymphis:
Illuſtresq́; uiros, atq; acta decora tuorum
Concinerem, quibus exultat uagus Albis, et ingẽs
Danubius, uitreaq́; Atheſis pulcherrimus unda.
Te canerem, ſeu bella geris, ſiue ocia pacis
Lætus agis: tu pacis honos, tu gloria belli.

IN FONTEM IVLII III. Pont. Max.

ERrabat uiridante ſolo Laurentia Leuce,
Quà Thyberis Thuſci terminat arua ſoli:
Hic ubi ſepteni tollunt ſe ad ſidera colles,
Quos ſtringit rapidis Albula uorticibus:
Atq; ubi uirginei fontis peruenit ad undam,
Gramineo iacuit iam moritura toro.
Tunc Clymenen Leuce deflẽs, ſua pignora quondam
Cara nimis, tales fudit ab ore ſonos:
Quis caſus miſeræ mihi te mea nata parenti
Abſtulit? aut quæ te barbara terra tenet?
Bis denos fruſtra es ſyluas quæſita per altas
Nata dies, nec te lumina noſtra uident.
Quos non impleui lachrymoſis languida montes
Queſtibus? hei miſeræ nec tulit ullus opem.

Senſerunt

Senſerunt reſonare meis nemora alta querelis
Naiades, uel quæ proxima prata colunt.
Teſtes uos uirides ſyluæ, uicinaq; ſyluis
Paſcua, uosq; feræ, quas iuga longa tenent.
Reddite uos illam matri, uos reddite Nymphæ,
Si fortè in ueſtros uenerit illa choros.
Tu mihi magna Pales; & uos mihi maxima Fauni
Numina, queis multa cum prece thura dedi,
Vos oro, monſtrate uiam, quibus abdita ſyluis
Deliteat, uel quo ſit mea gnata loco.
Tunc aras ſtatuam uobis, tum debita ſacris
Liba feram, accenſos tinget & agna focos.
Cognouit Clymene fletus genitricis amaros,
Glaucaq; muſcoſis condidit ora uadis.
Illa etenim reſidens antro, quà delitet unda,
Flore coronabat uerſicolore domum.
Et nunc cœruleis ornabat pectora gemmis,
Ornabat muſco nunc uiridante comas.
Nunc magnas Domini laudes, memorandaq; facta,
Nunc fontis rarum uoce canebat opus.
Hæc eadem ſacro ore canit uentura ſub orbem
Heſperium noſtris ſæcula temporibus.
Securis queis paſtor agat per prata bidentes,
Agnaq; non timeat ſola redire domum,
Nec quum manè petit ſyluas, horreſcat agreſtis
Ora lupi, nec quum frondea tecta tenet.

Non uirides ſyluas euertere curet arator,
Vt pinguem ferro ſcindere poſſit humum.
Ad Tanais ripas miſcebit prælia Mauors,
Aut deget ſyluis ſolus in Iſmarijs.
Paſtor & in uiridi carmen meditabitur umbra,
Et ſuperos multo lætus honore colet.
Hæc fore marmoreo Clymene referebat in antro,
Ceu uates rerum tempora dinumerans.
Parte alia nymphæ comites, Actæa, Thoeq́,
Et teneras fuco ſparſa Arethuſa genas,
Palladia intendunt ſublimia limina fronde,
Antraq́, & incuruis abdita tecta locis.
Cydippe forma inſignis nunc pingit ad undam
Lactea miſta roſis lilia ſanguineis.
Nunc nectit domino texenda in ſerta colores,
Nunc domini aduentu læta reuiſit aquas.
Nunc nitidas miro diſponit in ordine conchas,
Spargit & Eois atria coralijs.
Mox Clymene latices alto ſub fornice clauſit,
Condidit & uaſto murmura rauca ſinu.
Sed dum miratur Leuce non currere lymphas,
Et fontem curſus continuiſſe ſuos.
Obſtupuit, preſſitq́ graues exterrita queſtus,
Et uox eſt raucis reddita pumicibus:
Ne quære ulterius Clymenem (tua pignora) mater,
Ne'ue ultra longas anxia carpe uias.

Non

Non ego ſum ſyluis paſtorum præda ſub altis,
Nec caſu extinctam me locus ullus habet.
Viuo equidem ante alias felix, quæ florea circum
Prata, uel aerij quæ iuga montis amant.
Namq; ego quum nitido cinctum ſe lumine tollit
Phœbus, & Eoo ducit ab orbe diem,
Egredior ſyluis, ſedesq;, & amata ſororum
Concilia, & Lycidæ deuia rura peto.
Vix iter aſſuetum prima ſub luce tenebam,
Quum magni effugio uimq; metumq; Iouis.
Qui ſeſe in faciem paſtoris uerterat Auni,
Et ſæpe agreſtes luſerat arte deas.
Ille autem dum me per roſcida paſcua Mopſi
Inſequitur, cœptum linquere cogor iter.
Clamabat ferus ille, iterabat uallibus Echo,
Reddebatq; uagis uocibus omne nemus.
Naiadum decus ô uirgo cape munera amantis:
Ah peream, ſi me detinet alter amor.
Tu mihi lux ſemper tenebroſis præuia ſyluis,
Nocte uel in media tu mihi clara dies.
Sum paſtor Fauno ſatus, & Sybaritide Nympha,
Alpinis cantu clarus in aggeribus.
Mox celer aduentu Thuſci Alcimedontis ad amnẽ
Se recipit, Thyberis quà grauis unda tumet.
Et fluuium pedes ingreditur (mirabile uiſu)
Et ſicco tranat læta fluenta pede.

Seruatam Alcidemon hac me ſub rupe locauit,
Et ſacri fontis me dedit eſſe Deam.
Mox me cuſtodem fonti præfecit amato,
Et colere has rupes, concauaq́ antra dedit:
Nympharumq́ choros inter ſum nota ſub undis,
Quas latè magnus temperat Alcimedon.
Tu uerò cape cara parens communia natæ
Gaudia; nec pro me te dolor ullus edat.
Dixit, & undanti latices effudit ab urna,
Et fluxit ſolito lætior unda ſono.

IVLIO III. PONTIFICI Maximo Sacrum.

HAs nymphæ ſtatuere tuis in collibus aras,
Ceſpite de uiuo maxime Iule tibi:
Quà Clymene uitreos ſeruat pulcherrima fontes,
Inuentasq́ tuo munere fundit aquas.
Illa autem comitem nymphis ſeſe addit, et omnem
Populea properat ſpargere fronde locum.
Et lymphas tenui cum murmure læta miniſtrat,
Et latè liquido gramina rore rigat.
Hinc riuus rauco per mollia prata ſuſurro
Serpit, & irriguo temperat arua pede,
Quò flos purpureus gratos expiret odores,
Et circum lætis floreat herba comis.
Sed dum frondenti celebramus ſacra ſub ulmo,

In

In ſyluis paſtor non agat ullus oues.
Iam matura uehat nec ruſticus hordea plauſtro,
Nec flauas ſegetes area lata terat:
Nec quiſquam ferro terram inſectetur, at omne
Ruris opus ceſſet, ceſſet & agricola.
Tu uerò pater alme nouos ne deſpice ritus,
Munera nec quæ fert Lydia Niſa tibi.
Quid ceſſas pater alme? tuis te in uallibus umbra,
Prataq́, & aſpirans te leuis aura uocat.
En nymphæ quæ rura tenent, quæ proxima ſeruant
Flumina, quæq́ altis montibus antra colunt:
Palladia ornatæ crines & pectora fronde,
Cinnama thuricremis impoſuere focis.
Incedunt Dryades candenti in ueſte ſorores,
Et ſpargunt rubro balſama miſta croco.
Vicinæ redolent beneolentia cinnama ripæ,
Vicinum Aſſyrio fragat odore nemus.
Naiades nymphæ, nec non ſylueſtria circum
Te donant ſertis numina textilibus.
Syluicolæq́ tuas uenerantur Oreades aras,
Atq; ferunt captas ad tua ſacra feras.
Iam pubem agreſtem ſenior luſtrauit Amyntas,
Dixit & ad templi carmina ſacra fores.
Non deſunt illic, quos India mittit odores,
Quos nec Erythreum per mare uexit Arabs.
Ionia nuper genitas de matre bidentes

Has tibi longæuus Thyrſis habere dedit.
Puniceos calathis flores fert candida Leuce,
Fert & odoratas Lydia Niſa roſas.
Voce canit Thuſcus Stimicon, calamisq́ Menalcas,
Et laude inſigni te ſuper aſtra ferunt.
Sed quamuis Panchæa tibi dent cinnama nymphæ,
Niſa roſas, Stimicon carmina, Thyrſis oues:
Te tamen hi pariter donis uenerantur, amantq́,
Atq; hæc unanimes debita ſacra ferunt.

AD PETRVM CANNICERVM Aragonium, Ferdinandi Romanorum regis Archiatrum.

CAnnicer, Aonios inter celeberrime uates,
Vltima qua pelago cingitur Heſperia:
Reddidit egregium medica quem Cynthius arte,
Atq; hominum morbos noſcere poſſe dedit:
Quem toties Phœbus cantãtem audiuit ad undam,
Quà tuus irriguas uoluit Iberus aquas.
Quaq́ ruit rapidis reſonans anfractibus Iſter,
Pinguiaq́ auratis cornibus arua terit.
Quaq́ Albis, Rhenusq́ uagis diſcurſibus errant,
Magnaq́ fœcundo flumine regna ſecant.
Dum ſequeris ſcelerata tui per frigora regem
Immemor, aut terras quũ grauis æſtus habet:

Quem

Quem non languentem morbo, ueteriq; ueterno
Dexter Apollinea protinus arte leuas?
Quis melius uires herbarum & nomina nouit,
Pubeſcatq; magis quo Panacea loco?
Aut quis te melius nouit, quo tempore flores
Naſcantur, uel qua pullulet herba coma?
Aut qua ui gremio condat tot flumina pontus,
Duraq; qua frangat marmora fulmen ope?
Vnde fragor ſyluis, unde imber, & unde niualis
Aera condenſet uentus, & unde niues.
Te potius quàm caſtra ſequi, regemq; per oras
Pannoniæ, nemorum frondea tecta iuuent.
Pierides ſemper nemorum coluere receßus,
Caſtalium uates incoluere nemus:
Effugiunt populum uates, atq; ampla potentum
Atria, & umbroſi commoda ruris amant.
Aſcræum doctæ iuuenem docuere ſorores,
Quum ferro ſterilis ſcinderet arua ſoli.
Illum Parnaßi trepidum duxere ſub umbra,
Et medium ſacro conſtituere choro.
Quarum una è numero, cui plectra ſonantia cordi,
Impoſuit uati laurea ſerta nouo:
Pierios mox illa hauſit de fonte liquores,
Et tenera impleuit cymbia curua manu.
Hinc ille ignauam primus præcepta colendi
Tellurem ignaris tradidit agricolis.

Et primus medicas ægris mortalibus artes,
Et propria herbarum nomina ſcire dedit.
Et primus cauſas rerum & primordia mundi
Dixit, & ætherij lucida ſigna poli.
Et nemorum pelagiq́ deos, nymphasq́ ſorores,
Et superûm cecinit nomina prima deûm.
Hinc ille optatos Pelei Thetidisq́ hymenæos,
Et magni Alcidæ fortia facta canit.
Quid longas ſub rege moras moliris? & ultra
Danubium, atq; alio condis in orbe diem?
Ipſe ſuas autumnus opes oſtentat apricis
Collibus, & ruris regna beata fouet.
Et Pan deductum carmen modulatur ad undam
Fluminis, & toto cum grege rura colit,
Et ſpernit ſyluas, & uerſicoloribus uuis
Gaudet, & undanti cernere muſta lacu.
Naiades ſyluas linquunt, & agreſtia ruris
Tecta colunt: & tu regia tecta tenes.
Nec tua te formoſa iuuant hoc tempore rura,
Nec patriæ, aut noſtri te mouet ullus amor.
Ipſe tuas laudes canit Alpheſibœus in umbra,
Quas referunt tacito flumina pulſa ſono:
Et tua populeo deſcribunt cortice nymphæ
Naiades Clario carmina grata deo:
Quæ puer in patrijs cantabas uallibus olim,
Mulcebasq́ tuis hæc loca arundinibus.

Hic

Hic ueteris flammæ non immemor, auia quærit
Paſcua, & abſentem Phyllida uoce canit.
Hic lepores agit in laqueos, hic carice denſa
Delitet, & ficto carmine fallit aues.
Atq; alius iaculo ceruos premit, aut premit apros,
Et rigido crates pectoris enſe ferit.
Cecropias ſpectabis apes per florea culta,
Dum panaces ſuccos, aut meliphylla legunt,
Vel quum ſe tectis tardo ſub ueſpere condunt,
Vel quum ſub Solis lumina prata petunt.
Vel quum permetuunt uentura frigora brumæ,
Et caſia, & lento glutine tecta linunt.
Parte alia Lycidas calamis modulatur in antro,
Per nemora errantes dum ſinit ire greges.
Quinetiam plauſtro maturas ruſticus uuas,
Aut iam lecta domum mitia poma uehit:
Lintribus & mites nudo pede proterit uuas,
Vt ueteri infundat pinguia muſta cado.
Agricolæ dulcis Bacchi certamina ponunt,
Et celebrant totos mollia uina dies.
Quid dicam? te rura uocant, te flumina & umbræ,
Et iam maturis frugibus almus ager.
Quare age linque acies, & magni limina Regis,
Corripe & aſſuetas per iuga longa uias.
Antè gelu quàm frenet aquas, & flumina ſidus
Hybernum, & paſſim nix iuga ſumma tegat.

Ne dubita, claro concedent numina uati
Incolumem ad patrios poſſe redire lares.
Cœlitibus pro te poſitis iam ſupplicat aris,
Fronde noua pubes ruſtica uincta, comas.
Supplice ſyluicolas uenerantur uoce Penates,
Tyrrhenus Siculo cum Numitore Telon.
Paſtores miſti agricolis delubra frequentant,
Atq; onerant uotis æthera ſupplicibus.
Cinnama Demoleon adhibet beneolentia ſyluis,
Templaq; uotiuo thure uaporat Acon.
Et uiridis latè crepitans felicia ſigna
Laurus odoratis ignibus uſta dedit.

AD IOSEPHVM SALANDIVM.
Selemnus.

VRobiæ gentis ſidus, Ioſephe Salandi,
Seu cauſas rerũ exponis, quà tecta Vienna
Attollunt ſeſe: ſeu triſti corpora morbo
Languentum medica arte leuas, reddisq; ſaluti:
Ad uirides Serri ripas, dulcesq; receſſus
Te mea Muſa uocat: Gray quæ fata Selemni
Paſtoris, caſusq; graues memorabit ad undam,
Sublimi non poſſit adhuc licet illa cothurno
Egregij uatis Zanchi digna orſa referre.
Paſcebat niueos ſubter iuga longa Selemnus
Mille greges, quà littoreum nemus alluit unda

Veliuoli maris, & multa perfundit arena:
Fertilis Ionium quà tangit Achaia littus.
Et mare quum placidum ridet, lætiq; ſereno
Confidunt pelago nautæ, procurua petebat
Littora, ſpectabatq; rates maria alta tenentes.
Huic rapidis freta uerſa Notis, fractasq; biremes
Cernere ludus erat, reuolutaq; per uada nautas,
Hic calamos labro nunc percurrebat adunco,
Nunc uarios lætus Dryadum referebat amores,
Et tenui nunc uoce Palem, nūc Pana canebat,
Paſtorum pecorisq; deum: ſed dum freta cantu,
Et tacitum agreſti reſonaret arundine littus,
Nereidumq; choros cantu, Phorciq; tenebat,
Et celer ad calamos properabat ab æquore delphin,
Et placidi fera monſtra maris immota manebant.
Has inter pelagi nymphas erat Argyra, uultu
Candida, cæruleisq; oculis, uiridiq; capillo,
Eoisq; comas conchis redimita, latusq;
Coralijs, nitidoq; adamante argentea colla.
In puerum tunc nympha oculos coniecit, & alto
Pectore ſollicitas concepit ſaucia flammas.
Hæc ſeſe ante alias furtim tollebat ab undis,
Quum paſtor ſtipula caneret, fixosq; tenebat
In puerum maleſana oculos, floremq; iuuentæ
Laudabat comites inter. ſed non minor ignis
Vrebat pulchri paſtoris corda Selemni.

Selemni, qui diues agri, pecudumq́; boumq́;,
Certabat curſu uictor, nitidaq́; paleſtra,
Et paſtorali crines nectebat oliua.
Iamq́; inter pelagi Nymphas, nemorumq́; puellas
Clarus erat paſtoris amor. nam ſæpe uidebant
Sub noctē Dryades tendentē ad proxima Nymphā
Flumina, gramineoq́; ineuntem ceſpite ſomnos.
Triticias poſt tris meſſes dum degit ad undam
Lætior, & Dryadum temnit Selemnus amores,
Salſaq́; diſparibus dum perſonat æquora cānis:
Exultant rupes, & grata remurmurat Echo.
Nereidum maris Ionij ferit æquora plauſus.
Hos inter dilecta choros non Argyra uiſa eſt,
Quamuis ille dies terdenos ad uada Nerei
Conſuetum caneret carmen: circumq́; Palæmon,
Et uiridis Glauci chorus, & Nereides unà
Aſtarent, uariumq́; pecus monſtra hiſpida ponti.
Spreuerat illa etenim iuuenem: & uicina colebat
Aequora, iamdudum flammas oblita Selemni.
Vt placitum pueri uidit langueſcere florem,
Tum miſer abſentes nemoroſum ad littus amores
Suſpirat, nymphæq́; uocat per littora nomen.
Interdum uerſus arguta ludit auena:
Concaua nunc implet lachrymoſo littora queſtu:
Nunc gemitus premit, & ſecum mox pallidus infit:
Ah uirgo, mea uita olim, ſed nunc dolor ingens,

Et noſtræ noua cauſa necis, quo gurgite ponti
Sæua lates, uiolata nihil cur fœdera curas.
Securus nemorum nymphas, pecudesq́ canebam,
Hos inter uirides ſaltus: & me chorus omnis
Naiadum, meq́ ante alios Stimiconis amabat
Lydia, Praxinoeq́ ſoror; mittebat & Aegle
Sæpe roſas & ſerta mihi: quibus omnibus unam
Te uolui præferre, tuo malè uictus amore.
Quàm felix fuit ille, cui Deus ipſe ſorori
Eſſe dedit facie ſimilem: qui poſt ſera fata
Germanæ, ſedare ſitim dum quærit in altis
Fontibus, illam ipſam aſpexit quã ſemper amarat,
Atq́ ſitim pellebat, & oſcula cara ſorori
Libabat ſimul, atq́ oculos paſcebat, & unà
Lenibat tacitos accenſi pectoris æſtus.
Tu mare cœruleis intexta corallia gemmis
Accipe, et has teretes baccas, quæ munera quondã
Impia nympha dedit, hac ipſa in littoris ora:
Tu uerò crudelis Amor ſate tigridis aluo,
Qui terras pontumq́ tenes, & tartara nigra
Imperio frenasq́ tuis cœleſtia uinclis
Numina, & inuicti Iouis ignea fulmina temnis:
Tuq́ pari ditione Venus, & numine ſacro
Adſitis, uos ipſe uoco ad mea funera teſtes.
Ipſa auerſa mori miſerum me me Argyra cogit:
Et uos unanimes ſinitis. non ulla remordet

Cura,

Cura, dolor'ue tenet noſtri. uos ô precor umbræ,
Vos uenti, fluctusq́; maris, quos ſæpe canendo
Detinui: lætos dum candida fata ſinebant
Ire dies, properate ſimul, triſtesq́; querelas
Fundite pro leni ſtrepitu, pro murmure blando:
Nec reſonent ſcopuli: nec ſueta remurmuret Echo.
Dumq́; ille hæc pelagi ſolus iactaret ad undas,
Aßiduè & queſtu littus compleret inani:
Se miſer in patrios colles, & in alta recepit
Hoſpitia, & pecudes inter moriturus apertos
Spectabat ponti fluctus: ſi fortè uagantes
Per mare proſpiceret nymphas: uoluitq́; reuerti,
Littus ad extremosq́; amens effundere queſtus:
Sed macie confectus humo uiridante reſedit,
Expiransq́; ſuper multis cum fletibus herbas
Procubuit pecudes inter, ſaltusq́; paternos.
Protinus in ſyluas caſum miſerata cucurrit,
Et iuuenis faciem in fluuium Cytherea refecit,
Inſignem gelidis undis, uitreoq́; liquore,
Et molli ſubter muſco, cui laurus obumbrat
Plurima riparumq́; toros, & parua fluenta.
Nec mora mutatus in aquas iam paſtor abibat,
Et madido pede iam ſyluas ſaltusq́; ſecabat.
Addere ſeq́; breui curſu properabat amatis
Fluctibus, inq́; ſinu dominæ ſe abſcondere furtim
Gaudebat, carosq́; artus lætantibus undis

Tangere,

Tangere, & Ionijs ſeſe confundere lymphis.

AD IVLIVM CANANNIVM, Papauer.

CAnnani ſi fortè uacat, nec lubrica terret
Te uia, et aßiduis ſpirantes flatibus auſtri:
Nunc pete Mygdonio ſurgentem marmore fontem,
Romanæ decus urbis, & ingens munus Iuli,
Cui ſeptem aßurgunt arces: quas flauus amœno
Flumine, & intortis interluit Albula lymphis.
Te iuuet interdum ſolitas inuiſere ſedes
Pieridum, Phœbiq́ choros. tibi Lydia cantu
Incenſos æſtus, nec non mala ſemina morbi
Auertet, pulſæq́ ſono teſtudinis aureæ:
Lydia Telegono, & Sibaritide nata parente,
Ad ripas Sebethe tuas, quà tingis in æquor
Cornua, & amittis miſtus tua nomina ponto,
Quà non ulla colit nemorum mage pulchra receßus:
Aptior aut ſeu ſacra canit, ſeu cantat inanes
Naiadum curas: ſeu regum facta, ducumq́:
Percurrit ſeu fila lyræ, ſeu pectine telas.
Et iuuenem Aemonium primis uenientibus annis
Cantabit uerſum in florem, cytharaq́ uicißim
Vocales plectro chordas impellet eburno.
Iam canit, & nemorum reſponſant ardua cantus,
Et Zephyri leuis aura ſilet, nec murmurat amnis:

Naiades

Naiades atq; ora tenent intenta ſorores.
Theſſalus umbroſa Pindi in conualle Papauer
Luſtra fatigabat curſu, canibusq́; feroces
Captabat laqueisq́; feras, quà ſe nemus ingens
Attollit uiridante coma, Peneiq́; fluenta
Alta tegit, ripæq́; toros frondentibus alnis
Induit, Icarioq́; graui ſub ſidere paſſim
Seruat odorato ueſtitas gramine ripas.
Hanc ſyluam fama eſt Cereri ſacraſſe colonos,
Theſſaliæ qui culta colunt, ſyluisq́; dicaſſe
Poſt caſum tepidi ueris Cerealia ſacra.
Has ſubter nemorum uirides inglorius umbras
Degebat Triuiæ gratus, Cereriq́; Papauer:
Et diues quamuis, & ſanguine clarus auorum
Theſſaliæ proceres inter: tamen aſper honores,
Deliciasq́; urbis, & opes ſpernebat auitas,
Inq́; uicem, quà riuus aquæ crepitantis ab alta
Rupe cadit, tenuiq́; petit uiridantia curſu
Gramina, & irriguis fœcundat paſcua lymphis,
Ille canebat, uti primæuo flore dediſſet
Dictynnæ ſuperûm rex uirginitate potiri.
Addit &, ut Liparæ uaſto ſub fornicis antro
Arcumq́; pharetrãq́;, & lucida tela Pyragmon
Fecerit, Oebaliæ queis ſterneret illa fugaces
Per iuga nota feras: nec non ut corniger olim
Mænalia ſub rupe Deus, huic ſemina dono

Sæua

Sæua canum dederit, quæ Lachne Creſſa Melampo
Arcadio genuit, conſueta inuadere lyncas
Morſibus, & rapido tranſmittere flumina curſu.
Tũ canit, hanc colere umbroſi magis ardua Cynthi
Culmina, & Eurotæ ripas, quàm fertilis urbes
Ioniæ, claramq́; Epheſum, quà maxima thure
Panchæo calet ara, altisq́; immane columnis
Templum illi ſuperas cœli ſe tollit ad auras.
His adiungit, ut ipſa ſibi delegerit antris
Oceani centum nymphas, quibus illa ſagittas
Monſtrauit: uel quæ ſolers uenator haberet
Tempora, uenantumq́; habitus, atq; arma, dolosq́;
Ille refert Cererem pulla ſub ueſte uagantem,
Dum ſibi Perſephonem raptam dolet, inſcia facti,
Accenſisq́; amens facibus ſua pignora quærit:
Quà rutilis Phœbi radijs, curruq́; nitenti
Orbis inardeſcit, nitidoq́; refulget amictu:
Quà Sol aſtrorum cedit celer ignibus, antraq́;
Oceani iam feſſus adit, terrasq́; relinquit.
Tum canit, ut Celeus regali acceperit aula,
Hoſpitioq́; Deam, & dictis ſolatus amaro
Accenſam fuerit luctu, caſuq́; recenti.
Pro qua mercede hunc domitis inuertere tauris
Tellurem, & raſtris horrentes frangere glebas
Edocuit, nec non quibus hordea grandia terris
Proueniant, ſeu farra legunt, ſeu ſemina ponunt:

Et quo culta ſerat ſub ſidere ruſticus arua.
Nec populis data iura ſilet, Cererisq́ ſacrorum
Arcanos ritus, conceſſaq́ munera terris.
Dum uerò hæc caneret frondenti in ualle Papauer:
Peruolitat nemus aura recens, atq; aera circum
Temperat afflatu tenui: ſimul alta relinquunt
Luſtra feræ, fontesq́ petunt, & paſcua nota:
Saucius ora ruit ſummo de uertice ſyluæ
Ceruus, & umbriferũ montis latus intrat, et altis
Se Pindi latebris abdit: tunc ſueta repentè
Corripuit puer arma manu, ſequiturq́ fugacis
Signa feræ manifeſta pedum, multoq́ cruore
Oblita. ſed montis dum iam latera abdita Pindi
Præpetibus plantis ſuperaret, & alite curſu,
Infelix ſpecula dextro pede lapſus ab alta eſt.
Ille cadens Cererem auxilio, Triuiaq́ uocabat
Numina: ſed prior alma Ceres occurrit ad amnem,
Et niueum pueri corpus proſpectat acuto
Perfractum ſaxo, poſitumq́ ad flumina Penei.
At caſu dea mota graui, rorantia multo
Sanguine mẽbra legit, ſcrobibusq́ reponit in altis.
Nec mora, pro ſparſo per ſpicea culta cruore
Confeſtim rutilo ſurgunt de ſanguine flores
Purpurei, quibus infudit moderator Olympi
Vimq́ ſoporiferam, perfuſaq́ ſemina ſomno,
Et pueri impoſuit uulgatum nomen amati.

Diua

Diua Iouis monitu madefacta Papauera lympha
Hauſit, & actutum nata eſt oblita dolorem:
Et lætata nouo carpit de gramine florem,
Et noua ſerta facit, flauisq; intexit ariſtis:
Dilectiq; memor pueri gerit hordea dextra,
Purpureoq; tenet læua de flore maniplos.
Quumq; ſacerdotes Cereri ſolennia templis
Sacra Deæ referunt uerno ſub ſidere, uel quum
Sanguineis rubet uua coloribus, aruaq; pomis
Plena nitent, Cereri calathos florentibus herbis
Ad pia ſacra ferunt, & candida lilia texunt
Plexa papaueribus, & ſpicea munera miſcent.

AD IVLIVM CANNANIVM, Stimicon.

TV mecum Illyrici nuper Stimiconis Iule
Cannani platanum ſubter, quà labitur alto
Gurgite, uirgineumq; ſinu pater Albula fontem
Accipit, illuſtrem fama quem Thuſcus Iulus
Condidit: Aeneadum ſeptem qui nunc regit arces
Imperio, ſacrumq; caput diademate cingit,
Et mitis facili populos moderatur habena:
Infandos caſus, miſerandaq; funera defle,
Dum Telethuſa gemit fatum Stimiconis amati.
Venatu iam laſſa domum Telethuſa redibat,
Quà Tyberis celſos tumido ſecat agmine colles,

Verticibuſq́ terit rapidis, fluuioq́ ſonanti
Rupis Auentinæ loca diruta: ſolq́ cadentes
Igneus aerijs duplicabat montibus umbras,
Et curru properans nocti cedebat opacæ,
Quũ procul Eurynome lacrymãs occurrit ad amnẽ,
Nunciat & triſtes obitus Stimiconis amati.
Addit &, hunc fundentẽ animam uidiſſe ſub altis
Ilicibus, cui ſæuus aper graue uulnus in armo
Inflixit, ſtrauitq́ ſolo. tunc territa caſu
Euolat, & iaculum ripa, pharetramq́ relinquit.
Iamq́ locum celerans curſu legit: atq; ubi corpus
Impoſitum tumuli uiridantis in aggere uidit,
Et circum flentes crudelia funera nymphas,
Extinctumq́ decus formæ, crineſq́ cruore
Concretos, atq; arma procul rorantia tabo,
Sic ait: Hanc Stimicon primis tibi ſæpe ſub annis
Prædixi miſerande necem. nam paruus amabas
Syluestres nemorum ſaltus: nec te grauis æſtus,
Bruma'ue per iuga longa feras agitare uetabat.
Quæ mihi te fortuna ferox inuidit amanti,
Ne coniunx meus ipſe fores? non hunc ego te te
Aſpicerem, tibi ſi thalamo ſociata fuiſſem.
At tanti tu cauſa mali pater impie: tuq;
Mater acerba, leues cauſas dum nectis. at ipſa
Sæua magis: nemorũ hac potui nã ſæpe ſub umbra
Iungere te furtim mihi perpetuo hymenæo.

Quàm felix, quem nullus amor tenet: at miſer ille,
Colla iugo qui ſponte dedit. nãq; hunc timor ingens
Vrget, ubi procul eſſe oculis ſe cernit amatis.
Vos mecum lugete necem Stimiconis acerbam,
Quæ colitis uirides ſyluas, uicinaq́; ſyluis
Flumina: nam uobis geminas in uallibus aras
Struxerat, & merito prædæ cumularat honore,
Paruus adhuc: quum uix intendere retia ceruis
Cœpiſſet, paruumq́; humeris ſuſpendere cornu.
Sæpe diem uario uicina ad flumina ludo
Ducebat, curſuq́; pedum certamen inibat:
Aut exercebat genitoris ad alta palæſtras
Tecta Lyci, aut iaculum ueteres uibrabat ad ulmos.
Heu quid agã miſera ante alias, Stimicone perẽpto?
An uiuam ſine te? non certè: nec mea ſaxum
Oſſa teget, ſed præda feris inhumata iacebo
Has gelidas iuxta rupes: qualisq́; profunda
Valle ſolet glacies liqueſcere, quum rutilum uer
Cornibus elatis Tauro exoriente tepeſcit:
Sic lachrymis, gemituq́; graui deuicta liqueſcam,
Et uita in uentos paulatim abſumpta recedet:
Quam moror inuiſam ſine te. nec ſoluet amaro
Me gemitu uentura dies, miſerosq́; parentes
Morte mea æterno in gemitu, lachrymisq́; relinquã.
His dictis, Stimicon lachrymis, tellusq́; uiciſſim
Sparguntur: ueluti æſtiua quum nocte cadit ros,

Quo flores, herbæq́; madent: ſic alma gementum
Humebat tellus lachrymis manantibus ultrò.
Dumq́; ſuper iuuenem exanimũ mæſtiſſima uirgo
Attollit gemitum, & lachrymoſis abluit undis
Vulnera, fœdatosq́; artus uelamine tergit
Cæruleo, quo nympha comas & eburna tegebat
Pectora, & intactis mage candida colla liguſtris:
Venatum quotiens ibat, quotiensq́; choreas
Luce ſacra ducebat ouans Anienis ad amnem,
Quà Siculi nemora alta tegunt magalia Mopſi,
Quod Stimicõ nympha dederat pro munere quõdã:
Sed uirgo non hos donum ſeruabat in uſus:
Hic ſtrepitum ingentem comites hauſere ſub altis
Vallibus, & ſylua alta nouo fulgore refulſit.
Tunc trepidæ caua luſtra petũt, & fornice condunt
Se ſolito, nemorum qui plurimus imminet umbris.
At nymphæ circum aſſiſtunt, dictisq́; dolentem
Solantur Telethuſam omnes, uiridiq́; reponũt
Stramine pallentem facie, & fera fata gementem.
Nec mora, conſpiciunt famulos Stimiconis ad amnẽ
Tendentes, quà corpus humo uiridante iacebat.
Et quanquam obſcuro in nimbo tenebroſa teneret
Nox rutilis claram radijs & lampade Phœben:
Ipſa tamen noctis funalia denſa tenebras
Vincebant, piceumq́; nemus, cauaq́; antra ferarum.
Vt uerò iuuenem extinctum uidere ſub alta

Ilice, tunc taciti ſalicum de uimine texunt
Funereas crates, ſutiſq; ex ſubere duro
Corticibus, iuuenem uacuo impoſuere pheretro,
Sublimemq; torum ſtrauerunt fronde ſaligna,
Et ſuper impoſuere leues nota arma ſagittas,
Arcumq; pharetramq; madentē ſanguine multo:
Mox iter arripiunt perplexum tramite denſo,
Et patrio exanimum flentes poſuere ſepulchro.

AD PETRVM CANNICERVM Aragonium, Ferdinandi Romanorum regis Archiatrum.

LYdia quæ candore niues, & cana liguſtra,
Et nemorum cantu uincis, & ore, deas:
Has uiolas, hæc miſta croco ſerpylla rubenti,
Et quas decerpſit Sole oriente roſas,
Ille tuus tibi mittit Acon,, quem ſæpe canentem
Mirata eſt rapidis quà natat Iſter aquis.
Addit & has poſt dona preces: ut cras, ubi Titan
Igneus ardentes ad iuga iunget equos,
Quà uiridi ſylua alta coma ſtagnantia tangit
Flumina, noſtra petas rura, nouumq; larem.
Pulchra aderit comitata choro Plautilla ſororum,
Quæq; colunt montes, flumina quæq; tenent:
Erigone noua nupta aderit cum coniuge Mopſo,
Flauaq; Lampetie, Demoloontis amor.

Ne dubita, claro concedent numina uati
Incolumem ad patrios poſſe redire lares.
Cœlitibus pro te poſitis iam ſupplicat aris,
Fronde noua pubes ruſtica uincta, comas.
Supplice ſyluicolas uenerantur uoce Penates,
Tyrrhenus Siculo cum Numitore Telon.
Paſtores miſti agricolis delubra frequentant,
Atq; onerant uotis æthera ſupplicibus.
Cinnama Demoleon adhibet beneolentia ſyluis,
Templaq́ uotiuo thure uaporat Acon.
Et uiridis latè crepitans felicia ſigna
Laurus odoratis ignibus uſta dedit.

AD IOSEPHVM SALANDIVM.
Selemnus.

VRobiæ gentis ſidus, Ioſephe Salandi,
Seu cauſas rerũ exponis, quà tecta Vienna
Attollunt ſeſe: ſeu triſti corpora morbo
Languentum medica arte leuas, reddisq́ ſaluti:
Ad uirides Serri ripas, dulcesq́ receſſus
Te mea Muſa uocat: Gray quæ fata Selemni
Paſtoris, caſusq́ graues memorabit ad undam,
Sublimi non poſſit adhuc licet illa cothurno
Egregij uatis Zanchi digna orſa referre.
Paſcebat niueos ſubter iuga longa Selemnus
Mille greges, quà littoreum nemus alluit unda

Veli-

Veliuoli maris, & multa perſundit arena:
Fertilis Ionium quà tangit Achaia littus.
Et mare quum placidum ridet, lætiq; ſereno
Confidunt pelago nautæ, procurua petebat
Littora, ſpectabatq; rates maria alta tenentes.
Huic rapidis freta uerſa Notis, fractasq; biremes
Cernere ludus erat, reuolutaq; per uada nautas,
Hic calamos labro nunc percurrebat adunco,
Nunc uarios lætus Dryadum referebat amores,
Et tenui nunc uoce Palem, nuc Pana canebat,
Paſtorum pecorisq; deum: ſed dum freta cantu,
Et tacitum agreſti reſonaret arundine littus,
Nereidumq; choros cantu, Phorciq; tenebat,
Et celer ad calamos properabat ab æquore delphin,
Et placidi fera monſtra maris immota manebant.
Has inter pelagi nymphas erat Argyra, uultu
Candida, cœruleisq; oculis, uiridiq; capillo,
Eoisq; comas conchis redimita, latusq;
Coralijs, nitidoq; adamante argentea colla.
In puerum tunc nympha oculos coniecit, & alto
Pectore ſollicitas concepit ſaucia flammas.
Hæc ſeſe ante alias furtim tollebat ab undis,
Quum paſtor ſtipula caneret, fixosq; tenebat
In puerum maleſana oculos, floremq; iuuentæ
Laudabat comites inter. ſed non minor ignis
Vrebat pulchri paſtoris corda Selemni:

Selem-

Selemni, qui diues agri, pecudumq́ boumq́,
Certabat curſu uictor, nitidaq́ palaeſtra,
Et paſtorali crines nectebat oliua.
Iamq́ inter pelagi Nymphas, nemorumq́ puellas
Clarus erat paſtoris amor. nam ſæpe uidebant
Sub noctē Dryades tendentē ad proxima Nymphæ
Flumina, gramineoq́ ineuntem ceſpite ſomnos.
Triticias poſt tris meſſes dum degit ad undam
Lætior, & Dryadum temnit Selemnus amores,
Salſaq́ diſparibus dum perſonat æquora cannis:
Exultant rupes, & grata remurmurat Echo.
Nereidum maris Ionij ferit æquora plauſus.
Hos inter dilecta choros non Argyra uiſa eſt,
Quamuis ille dies terdenos ad uada Nerei
Conſuetum caneret carmen: circumq́ Palæmon,
Et uiridis Glauci chorus, & Nereides unà
Aſtarent, uariumq́ pecus monſtra hiſpida ponti.
Spreuerat illa etenim iuuenem: & uicina colebat
Aequora, iamdudum flammas oblita Selemni.
Vt placitum pueri uidit langueſcere florem,
Tum miſer abſentes nemoroſum ad littus amores
Suſpirat, nymphæq́ uocat per littora nomen.
Interdum uerſus arguta ludit auena:
Concaua nunc implet lachrymoſo littora queſtu:
Nunc gemitus premit, & ſecum mox pallidus infit:
Ah uirgo, mea uita olim, ſed nunc dolor ingens,
Et

Et noſtræ noua cauſa necis, quo gurgite ponti
Sæua lates, uiolata nihil cur fœdera curas.
Securus nemorum nymphas, pecudesq́ canebam,
Hos inter uirides ſaltus: & me chorus omnis
Naiadum, meq́ ante alios Stimiconis amabat
Lydia, Praxinoeq́ ſoror, mittebat & Aegle
Sæpe roſas & ſerta mihi: quibus omnibus unam
Te uolui præferre, tuo male uictus amore.
Quàm felix fuit ille, cui Deus ipſe ſorori
Eſſe dedit facie ſimilem: qui poſt ſera fata
Germanæ, ſedare ſitim dum quærit in altis
Fontibus, illam ipſam aſpexit quã ſemper amarat,
Atq́ ſitim pellebat, & oſcula cara ſorori
Libabat ſimul, atq́ oculos paſcebat, & unà
Lenibat tacitos accenſi pectoris aſtus.
Tu mare cæruleis intexta corallia gemmis
Accipe, et has teretes baccas, quæ munera quondã
Impia nympha dedit, hac ipſa in littoris ora:
Tu uerò crudelis Amor ſate tigridis aluo,
Qui terras pontumq́ tenes, & tartara nigra
Imperio frenasq́ tuis cæleſtia uinclis
Numina, & inuicti Iouis ignea fulmina temnis:
Tuq́ pari ditione Venus, & numine ſacro
Adſitis, uos ipſe uoco ad mea funera teſtes.
Ipſa auerſa mori miſerum me me Argyra cogit:
Et uos unanimes ſinitis. non ulla remordet

Cura,

Cura, dolor'ue tenet noſtri. uos ô precor umbræ,
Vos uenti, fluctusq́ maris, quos ſæpe canendo
Detinui: lætos dum candida fata ſinebant
Ire dies, properate ſimul, triſtesq́ querelas
Fundite pro leni ſtrepitu, pro murmure blando:
Nec reſonent ſcopuli: nec ſueta remurmuret Echo.
Dumq́ ille hæc pelagi ſolus iactaret ad undas,
Aſsiduè & queſtu littus compleret inani:
Se miſer in patrios colles, & in alta recepit
Hoſpitia, & pecudes inter moriturus apertos
Spectabat ponti fluctus: ſi fortè uagantes
Per mare proſpiceret nymphas: uoluitq́ reuerti,
Littus ad extremosq́ amens effundere queſtus:
Sed macie confectus humo uiridante reſedit,
Expiransq́ ſuper multis cum fletibus herbas
Procubuit pecudes inter, ſaltusq́ paternos.
Protinus in ſyluas caſum miſerata cucurrit,
Et iuuenis faciem in fluuium Cytherea refecit,
Inſignem gelidis undis, uitreoq́ liquore,
Et molli ſubter muſco, cui laurus obumbrat
Plurima riparumq́ toros, & parua fluenta.
Nec mora mutatus in aquas iam paſtor abibat,
Et madido pede iam ſyluas ſaltusq́ ſecabat.
Addere ſeq́ breui curſu properabat amatis
Fluctibus, inq́ ſinu dominæ ſe abſcondere furtim
Gaudebat, carosq́ artus lætantibus undis

Tangere,

Tangere, & Ionijs ſeſe confundere lymphis.

AD IVLIVM CANANNIVM, Papauer.

CAnnani ſi fortè uacat, nec lubrica terret
Te uia, et aßiduis ſpirantes flatibus auſtri:
Nunc pete Mygdonio ſurgentem marmore fontem,
Romanæ decus urbis, & ingens munus Iuli,
Cui ſeptem aßurgunt arces: quas flauus amœno
Flumine, & intortis interluit Albula lymphis.
Te iuuet interdum ſolitas inuiſere ſedes
Pieridum, Phœbiq; choros. tibi Lydia cantu
Incenſos æſtus, nec non mala ſemina morbi
Auertet, pulſæq; ſono teſtudinis aureæ:
Lydia Telegono, & Sibaritide nata parente,
Ad ripas Sebethe tuas, quà tingis in æquor
Cornua, & amittis miſtus tua nomina ponto,
Quà non ulla colit nemorum mage pulchra receßus:
Aptior aut ſeu ſacra canit, ſeu cantat inanes
Naiadum curas: ſeu regum facta, ducumq;:
Percurrit ſeu fila lyra, ſeu pectine telas.
Et iuuenem Aemonium primis uenientibus annis
Cantabit uerſum in florem, cytharæq; uiciſsim
Vocales plectro chordas impellet eburno.
Iam canit, & nemorum reſponſant ardua cantus,
Et Zephyri leuis aura ſilet, nec murmurat amnis:
Naiades

Naiades atq; ora tenent intenta ſorores.
Theſſalus umbroſa Pindi in conualle Papauer
Luſtra fatigabat curſu, canibusq; feroces
Captabat laqueisq; feras, quà ſe nemus ingens
Attollit uiridante coma, Peneiq; fluenta
Alta tegit, ripaq; toros frondentibus alnis
Induit, Icarioq; graui ſub ſidere paſsim
Seruat odorato ueſtitas gramine ripas.
Hanc ſyluam fama eſt Cereri ſacraſſe colonos,
Theſſaliæ qui culta colunt, ſyluisq; dicaſſe
Poſt caſum tepidi ueris Cerealia ſacra.
Has ſubter nemorum uirides inglorius umbras
Degebat Triuiæ gratus, Cereriq; Papauer:
Et diues quamuis, & ſanguine clarus auorum
Theſſaliæ proceres inter: tamen aſper honores,
Deliciasq; urbis, & opes ſpernebat auitas,
Inq; uicem, quà riuus aquæ crepitantis ab alta
Rupe cadit, tenuiq; petit uiridantia curſu
Gramina, & irriguis fœcundat paſcua lymphis,
Ille canebat, uti primæuo flore dediſſet
Dictynnæ superûm rex uirginitate potiri.
Addit &, ut Liparæ uaſto ſub fornicis antro
Arcumq; pharetrãq;, & lucida tela Pyragmon
Fecerit, Oebaliæ queis ſterneret illa fugaces
Per iuga nota feras: nec non ut corniger olim
Mænalia ſub rupe Deus, huic ſemina dono

Saua

Sæua canum dederit, quæ Lachne Creſſa Melampo
Arcadio genuit, conſueta inuadere lyncas
Morſibus, & rapido tranſmittere flumina curſu.
Tũ canit, hanc colere umbroſi magis ardua Cynthi
Culmina, & Eurotæ ripas, quàm fertilis urbes
Ioniæ, claramq́ Epheſum, quà maxima thure
Panchæo calet ara, altisq́ immane columnis
Templum illi ſuperas cœli ſe tollit ad auras.
His adiungit, ut ipſa ſibi delegerit antris
Oceani centum nymphas, quibus illa ſagittas
Monſtrauit: uel quæ ſolers uenator haberet
Tempora, uenantumq́ habitus, atq́ arma, dolosq́:
Ille refert Cererem pulla ſub ueſte uagantem,
Dum ſibi Perſephonem raptam dolet, inſcia facti,
Accenſisq́ amens facibus ſua pignora quærit:
Quà rutilis Phœbi radijs, curruq́ nitenti
Orbis inardeſcit, nitidoq́ refulget amictu:
Quà Sol aſtrorum cedit celer ignibus; antraq́
Oceani iam feſſus adit, terrasq́ relinquit.
Tum canit, ut Celeus regali acceperit aula,
Hoſpitioq́ Deam, & dictis ſolatus amaro
Accenſam fuerit luctu, caſuq́ recenti.
Pro qua mercede hunc domitis inuertere tauris
Tellurem, & raſtris horrentes frangere glebas
Edocuit, nec non quibus hordea grandia terris
Proueniant, ſeu farra legunt, ſeu ſemina ponunt:

Et quo culta ſerat ſub ſidere ruſticus arua.
Nec populis data iura ſilet, Cererisq; ſacrorum
Arcanos ritus, conceſſaq; munera terris.
Dum uerò hæc caneret frondenti in ualle Papauer:
Peruolitat nemus aura recens, atq; aera circum
Temperat afflatu tenui: ſimul alta relinquunt
Luſtra feræ, fonteſq; petunt, & paſcua nota:
Saucius ora ruit ſummo de uertice ſyluæ
Ceruus, & umbriferũ montis latus intrat, et altis
Se Pindi latebris abdit: tunc ſueta repentè
Corripuit puer arma manu, ſequiturq; fugacis
Signa feræ manifeſta pedum, multoq; cruore
Oblita. ſed montis dum iam latera abdita Pindi
Præpetibus plantis ſuperaret, & alite curſu,
Infelix ſpecula dextro pede lapſus ab alta eſt.
Ille cadens Cererem auxilio, Triuiæq; uocabat
Numina: ſed prior alma Ceres occurrit ad amnem,
Et niueum pueri corpus proſpectat acuto
Perfractum ſaxo, poſitumq; ad flumina Penei.
At caſu dea mota graui, rorantia multo
Sanguine mẽbra legit, ſcrobibuſq; reponit in altis.
Nec mora, pro ſparſo per ſpicea culta cruore
Confeſtim rutilo ſurgunt de ſanguine flores
Purpurei, quibus infudit moderator Olympi
Vimq; ſoporiferam, perfuſaq; ſemina ſomno,
Et pueri impoſuit uulgatum nomen amati.

Diuæ

Diua Iouis monitu madefacta Papauera lympha
Hauſit, & actutum nata eſt oblita dolorem:
Et lætata nouo carpit de gramine florem,
Et noua ſerta facit, flauisq́ intexit ariſtis:
Dilectiq́ memor pueri gerit hordea dextra,
Purpureoq́ tenet læua de flore maniplos.
Quumq́ ſacerdotes Cereri ſolennia templis
Sacra Deæ referunt uerno ſub ſidere, uel quum
Sanguineis rubet uua coloribus, aruaq́ pomis
Plena nitent, Cereri calathos florentibus herbis
Ad pia ſacra ferunt, & candida lilia texunt
Plexa papaueribus, & ſpicea munera miſcent.

AD IVLIVM CANNANIVM. Stimicon.

TV mecum Illyrici nuper Stimiconis Iule
Cannani platanum ſubter, quà labitur alto
Gurgite, uirgineumq́ ſinu pater Albula fontem
Accipit, illuſtrem fama quem Thuſcus Iulus
Condidit: Aeneadum ſeptem qui nunc regit arces
Imperio, ſacrumq́ caput diademate cingit,
Et mitis facili populos moderatur habena:
Infandos caſus, miſerandaq́ funera defle,
Dum Telethuſa gemit fatum Stimiconis amati.
Venatu iam laſſa domum Telethuſa redibat,
Quà Tyberis celſos tumido ſecat agmine colles,

Verticibusq́; terit rapidis, fluuioq́; ſonanti
Rupis Auentinæ loca diruta: ſolq́; cadentes
Igneus aeriis duplicabat montibus umbras,
Et curru properans nocti cedebat opacæ,
Quũ procul Eurynome lacrymãs occurrit ad amnẽ,
Nunciat & triſtes obitus Stimiconis amati.
Addit &, hunc fundentẽ animam uidiſſe ſub altis
Ilicibus, cui ſæuus aper graue uulnus in armo
Inflixit, ſtrauitq́; ſolo: tunc territa caſu
Euolat, & iaculum ripa, pharetramq́; relinquit.
Iamq́; locum celerans curſu legit: atq; ubi corpus
Impoſitum tumuli uiridantis in aggere uidit,
Et circum flentes crudelia funera nymphas,
Extinctumq́; decus formæ, crinesq́; cruore
Concretos, atq; arma procul rorantia tabo,
Sic ait: Hanc Stimicon primis tibi ſæpe ſub annis
Prædixi miſerande necem. nam paruus amabas
Syluestres nemorum ſaltus: nec te grauis æſtus,
Bruma'ue per iuga longa feras agitare uetabat.
Quæ mihi te fortuna ferox inuidit amanti,
Ne coniunx meus ipſe fores? non hunc ego te te
Aſpicerem, tibi ſi thalamo ſociata fuiſſem.
At tanti tu cauſa mali pater impie: tuq́;
Mater acerba, leues cauſas dum nectis. at ipſa
Sæua magis: nemorũ hac potui nã ſæpe ſub umbra
Iungere te furtim mihi perpetuo hymenæo.

Quàm

Quàm felix, quem nullus amor tenet: at miſer ille,
Colla iugo qui ſponte dedit. nãq; hunc timor ingens
Vrget, ubi procul eſſe oculis ſe cernit amatis.
Vos mecum lugete necem Stimiconis acerbam,
Quæ colitis uirides ſyluas, uicinaq́; ſyluis
Flumina: nam uobis geminas in uallibus aras
Struxerat, & merito prædæ cumularat honore,
Paruus adhuc: quum uix intendere retia ceruis
Cœpiſſet, paruumq́; humeris ſuſpendere cornu.
Sæpe diem uario uicina ad flumina ludo
Ducebat, curſuq́; pedum certamen inibat:
Aut exercebat genitoris ad alta palæſtras
Tecta Lyci, aut iaculum ueteres uibrabat ad ulmos.
Heu quid agã miſera ante alias, Stimicone perẽpto?
An uiuam ſine te? non certè: nec mea ſaxum
Oſſa teget, ſed præda feris inhumata iacebo
Has gelidas iuxta rupes: qualisq́; profunda
Valle ſolet glacies liqueſcere, quum rutilum uer
Cornibus elatis Tauro exoriente tepeſcit:
Sic lachrymis, gemituq́; graui deuicta liqueſcam,
Et uita in uentos paulatim abſumpta recedet:
Quam moror inuiſam ſine te. nec ſoluet amaro
Me gemitu uentura dies, miſerosq́; parentes
Morte mea æterno in gemitu, lachrymisq́; relinquã.
His dictis, Stimicon lachrymis, tellusq́; uiciſſim
Sparguntur: ueluti æſtiua quum nocte cadit ros,

Quo flores, herbæq; madent: ſic alma gementum
Humebat tellus lachrymis manantibus ultrò.
Dumq; ſuper iuuenem exanimũ mœſtiſſima uirgo
Attollit gemitum, & lachrymoſis abluit undis
Vulnera, fœdatosq; artus uelamine tergit
Cæruleo, quo nympha comas & eburna tegebat
Pectora, & intactis mage candida colla liguſtris:
Venatum quotiens ibat, quotiensq; choreas
Luce ſacra ducebat ouans Anienis ad amnem,
Quà Siculi nemora alta tegunt magalia Mopſi,
Quod Stimicõ nympha dederat pro munere quõdã:
Sed uirgo non hos donum ſeruabat in uſus:
Hic ſtrepitum ingentem comites hauſere ſub altis
Vallibus, & ſylua alta nouo fulgore refulſit.
Tunc trepidæ caua luſtra petũt, & fornice condunt
Se ſolito, nemorum qui plurimus imminet umbris.
At nymphæ circum aſſiſtunt, dictisq; dolentem
Solantur Telethuſam omnes, uiridiq; reponũt
Stramine pallentem facie, & fera fata gementem.
Nec mora, conſpiciunt famulos Stimiconis ad amnẽ
Tendentes, quà corpus humo uiridante iacebat.
Et quanquam obſcuro in nimbo tenebroſa teneret
Nox rutilis claram radijs & lampade Phœben:
Ipſa tamen noctis funalia denſa tenebras
Vincebant, piceumq; nemus, cauaq; antra ferarum.
Vt uerò iuuenem extinctum uidere ſub alta
Ilice,

Ilice, tunc taciti ſalicum de uimine texunt
Funereas crates, ſutisq́; ex ſubere duro
Corticibus, iuuenem uacuo impoſuere pheretro,
Sublimemq́; torum ſtrauerunt fronde ſaligna,
Et ſuper impoſuere leues nota arma ſagittas,
Arcumq́; pharetramq́; madentẽ ſanguine multo:
Mox iter arripiunt perplexum tramite denſo,
Et patrio exanimum flentes poſuere ſepulchro.

AD PETRVM CANNICERVM Aragonium, Ferdinandi Romanorum regis Archiatrum.

LYdia quæ candore niues, & cana liguſtra,
Et nemorum cantu uincis, & ore, deas:
Has uiolas, hæc miſta croco ſerpylla rubenti,
Et quas decerpſit Sole oriente roſas,
Ille tuus tibi mittit Acon, quem ſæpe canentem
Mirata eſt rapidis quà natat Iſter aquis.
Addit & has poſt dona preces: ut cras, ubi Titan
Igneus ardentes ad iuga iunget equos,
Quà uiridi ſylua alta coma ſtagnantia tangit
Flumina, noſtra petas rura, nouumq́; larem.
Pulchra aderit comitata choro Plautilla ſororum,
Quæq́; colunt montes, flumina quæq́; tenent:
Erigone noua nupta aderit cum coniuge Mopſo,
Flauaq́; Lampetie, Demoloontis amor.

Pendebunt agris opera interrupta, nec ullus
Merſabit puro flumine paſtor oues.
Sed cuncti mea tecta petent, quum lux noua ſeſe
Tollet ab Eois fluctibus Oceani.
Inſtituet certos uicina ad flumina ludos
Cum Numitore Ligur Thyrſis, et Eurymedon:
Certabitq; pedum curſu Mauruſius Acmon:
Emittet calamos ad loca certa Pharon.
Stabit aper precium palmæ iuga Rhetica propter
Captus, & horriſono turbidus ore fremet.
Aſtabunt hirci caueæ prope limina ſeptem,
Frondibus incincti cornua pampineis.
Ceruus erit domini menſis aſſuetus, & intra
Marmoreas ſomnum carpere nocte fores.
Sunt etiam gemini Pteleræ de ſtirpe Moloſſi:
Hic tauros morſu ſiſtit, at alter apros.
Hic ingens tabula ingenti pendebit ab ulmo,
Qua tu conſpicies Cæſaris arma tui:
Nec non magnanimo uictos à Cæſare reges:
Additaq; imperio clara trophæa ducum.
Inq; fugam uerſos Hiſpano à milite Turcas,
Miſcentesq; fero prælia Marte uiros.
Aſpicies urbem longa obſidione leuari,
Sebethus liquidis quà petit æquor aquis.
Diſiectasq; arces Morinum, uicinaq; circum
Oppida, pugnaci captaq; ſigna manu.

Tici-

Ticinumq́ atro ſœdatum ſanguine ripas,
Et captos Albis flumina ad alta duces.
Ignotos habitus, atq; arma ignota uidebis,
Pœnorumq́ oculis agmina nigra leges.
Flammãtis propior Phœbi quos inficit ignis,
Quà non claudit hyems florea rura gelu.
Cæſaris & puppes pelagi dominarier undis,
Et multa Leptin obſidione premi.
Cernere erit Nomadũ turmas, atq; horrida caſtra
Cæſaris, & Libycum per mare mille rates.
Quas circũ nymphæ exultãt, perq́ æquora currũt:
Aut uada uirgineis luſibus alta petunt.
Perſonat & concha Triton, notasq́ biremes
Reſpicit, & liquidum per mare monſtrat iter.
Proſilit æquoreis ponti regnator ab antris,
Veliuolum pelagi ſternit & omne ſolum.
Inuehitur curru Cæſar ſublimis eburno,
Et parta ante pedes plurima ſceptra gerit,
Parte alia de more refert ſolennia ſacra,
Et ſupplex multa cum prece templa tenet.
At poſtquam, miſſo certamine, debita cuiq;
Victori dederit dona ſenex Periphas:
Mox Dryadũ plaudente choro, rapidũ prope flumen
Pan Lycabæ agreſti tempora fronde premet.
Inflabunt faciles calamos Ocnusq́ Myconq́,
Inflabit raucum Lydius Actor ebur.

At dum ſol curru Oceani petet aureus undas,
Agricolæ inſtituent flumina ad alta dapes.
Accumbet menſis Dryadũ chorus omnis ad amnẽ:
Conſident menſis aduena, & indigenæ.
Quare age ô mea uita nouos ne deſpice ludos:
Nec quæ te exiguo munere donat Acon.
Indue ſepoſitam ueſtem, tege crura cothurno:
Ornet & albentes luthea concha ſinus.
Cærula ſepoſitam ſubnectant cingula ueſtem,
Et nectat flauas aurea uitta comas.
Talis eris Dryadas inter, comitesq́ ſorores:
Qualis in Eoo lucida gemma mari.
Qualis in irriguo florum coma cernitur horto:
Siue hyacinthe tua, ſiue amarante tua.
Et ſi fortè abitum tibi Leda nouerca negabit:
Protinus hanc ficto callida falle dolo.
Aut pete Leucothoen parua comitata ſorore,
Quæ ſolet ad noſtras ſæpe uenire domos.
Ipſa uocata aderit, comitem te adiunge ſorori:
Quid porerit de te ſæua nouerca queri?
Tu uerò noſtri decus ingens Cannicer æui,
Cui decorat gemino Phœbus honore comas,
Huc propera, noſtrosq́ libens accede penates:
Non tibi per Syrtes longa petenda uia eſt.
Cras poteris ſurgente die conſcendere flumen,
Puppe leui, & noſtros tutus adire lares.

His

Hic celebrẽ cantu inuenies, & arundine Mopſum:
Nec deerit Dorylas, Pannoniusq́ Lycon.

IN OBITVM MARci Hieronymi Anglerij F.

PRæuius Auroræ dum Lucifer exit ab undis,
Surgit & exacta nocte ſerena dies:
Brachia dũ, uiridesq́ comas nemora ardua pandũt,
Seq́ nouo lætus gramine ueſtit ager:
Errabam magni quà ſeſe effundit Iuli
Fons ſacer, & Libyco marmore monſtrat opus.
Aeternum, nec fallar, opus: cui priſca uetuſtas
Inuidet, & quicquid maxima Roma tenet.
Quum mihi fama tuos Angleri nuncia caſus
Attulit, & nati funera ſæua tui:
Zanchius unà aderat Phœbo dilectus, & inter
Pieridum clarus carminis arte choros.
Qui poſtquam cari caſum cognouit amici,
Hanc cladem mecum turbidus ingemuit.
Ipſe ego te ob nati interitum ſine fine dolentem
Aſpiciam? tanget nec mea corda dolor?
Infelix pater, Ionius ſpe luſit aruſpex,
Dum totiens memorat lucida ſigna poli,
Et pueri nitidos ortus, ſpaciumq́ recenſet
Annorum, & uitæ candida fila canit.

Al

At nunc ille iacet Thyberini ad fluminis amnem,
Cui fera mors oculos condidit ante diem.
Quem fore ſperabas patriæ, lumenq́ tuorum,
Hunc luget caſsum lumine mœſta parens.
Hæc tecum tacitus dum fingis, iam trabe curua
Tranſibat ſenior rauca fluenta Charon;
Et celerans conto cymbam ſubigebat, ut illum
Trans Stygios ueheret per uada nigra lacus.
Quàm fallax hominũ ſpes eſt, & quàm breuis æui
Terminus: at miſeræ ſemita certa necis.
Infelix puer attigeras nondum altera luſtra,
Iniecit rapidas quum tibi parca manus.
Non mihi te poſthac cantantem audire licebit,
In mare quà tumidis Albula fertur aquis.
Quæ fleuit dum curua ſedens ad littora Diæ,
Deſertos queritur mœſta Ariadna toros:
Ante rogum nec quæ Dido moritura profata eſt,
Vt Phrygij ueſtes uidit, & arma ducis.
Quid quereris miſerande parens in funere Marci?
Illius Elyſium iam colit umbra nemus:
Aequalesq́ inter ſocios iam ludit in herba,
Et canit Aeneæ per freta longa fugam:
Didonisq́ rogos, & uerba nouiſsima uoce
Concinit: & queſtus mœſta Ariadna tuos.
Carmine quo ſtupefactæ animæ, manesq́ piorum
Diſcumbunt pictis læta per arua toris.

Et

Et puerum uiridi ſtatuunt in margine ripæ,
Hic ubi per ſyluam uoluitur Eridanus:
Dumq́; puer cantu manes tenet, huic ſacer Orpheus
Pulſat Apollineo pectine fila lyræ.
Mox plauſum illuſtres animæ loca frondea ſubter
Ingeminant, plauſu dant loca curua ſonum:
Nec quiſquam currus in aprica uerſat arena,
Aut per aperta leues æquora flectit equos.
Ille autem cœli reditum non curat ad auras,
Non regna Heſperiæ, non Orientis opes.
Namq; illic choreas exercet læta iuuentus,
Carminibusq́; deûm ſacra deosq́; canunt.
Fert tellus paßim flores inarata, nec æſtus,
Aut hyemis ſæuæ frigida ſigna timet.
Aether purpureo felices lumine campos
Veſtit, & æternis induit arboribus.
Illic non habitant morbi, peſtisq́;, famesq́;,
Non luctus, non qui concutit oßa pauor.
Sic cecidit puer anguſti ſub floribus æui:
Sic cecidit roſeo plurimus ore color:
Flos ueluti, quem riuus aquæ, quum ſirius ardet,
Liquit, & attrito ceſpite languet humi.
Quem fruſtra liquidi fontes ſolantur, & umbra,
Et placidi ſpirans leniter aura Noti.
Vtq́; ſolet, quum nondum hyemē uer egit aquoſam,
Induere in florem ſe pyrus ante diem:

Attoniti

Attoniti agricolæ, florum mirantur honorem,
Mirantur Dryadum, Naiadumq́ chori.
Aſt ubi trux Boreas ſpirauit frigora ab alto
Vertice, & è gelidis flatibus arua rigent.
Deſeruit tenues ramos tener humor: & unà
In celeres fugit ceu leuis umbra Notos.
Naſcentem hunc Aurora procul conſpexit ab alto,
Dum linquit cari coniugis orta torum.
Illa eadē haud longo poſt tempore, dum uehit almū
Læta diem, uidit oſſa cremata focis:
Vidit inexpletùm flentes de more ſorores,
Et matrem ſciſſis ad noua buſta genis.
Me quoq; ob interitum Tiberina ad flumina uidit,
Spargentem lachrymis humida ſaxa nouis.
Nam Scythiæ uitam traherem montes licet inter,
Aut rate ſulcarem marmora Cannibalûm:
Ipſe tamen triſtes ignoto in littore ferrem
Inferias, ſolitis non ſine muneribus.
Sed iam nigranti terras nox occulit umbra,
Sidereoq́ micans uertice Veſper adeſt,
Dantq́ fugam cœlo uaga nubila, et aſpera ponunt
Flamina: & in niueis Luna refulget equis.
Vos famuli properate, quibus data cura ſepulchri,
Vos ferrugineo ſpargite flore torum:
Ponite thuricremas ad flumina Thybridis aras,
Populeisq́ pyram frondibus inſtruite.

In lachrymas chorus omnis eat iuuenumq́ ſenũq́,
Et tuba funereos increpet ære ſonos.
Tu poſitum Tyrio corpus tege mater amictu,
Laureaq́ euincto pollice ſerta tegant.
Aemula ſideribus quondã preme lumina dextra,
Et multa rubeat infula cana roſa:
Infula, quæ nitidos crines obnubat amati
Pignoris, & palla uellera texta premat.
Vos ſparſæ per colla comas nudata ſorores
Ad tumulum luctus fundite funereos:
Ulla nec intexto uelet uos purpura limbo,
Compta nec Aſſyrio ſpiret odore coma.
Liliaq́, florensq́ coma narciſſus odora
Spargatur tumulo, caltaq́ miſta croco.
Ipſe pater pueri nomen ter uoce uocabit,
Dicet & æternum terq́ quaterq́ Vale.
Fœdabitq́ ſuos infuſo puluere crines,
Accendetq́ pyram, ſubijcietq́ faces.
Verna nec Armenios incendere ceſſet odores,
Flauaq́ fumiferis thurea dona rogis.
Mox Baccho ſpargat cineres, & lacte recenti,
Surgat & è Phrygio marmore parua domus:
Quà cineres Arabo miſti condantur odore,
Ne careat merito mortis honore puer.

IN

IN FONTEM IVLII III. Pont. Max.

FOns ſacer, Oebalio nuper circundate ſaxo;
Qui nitidas gelido fornice fundis aquas:
Dum Clymene formoſa tuis ſeſe abluit undis,
Feſſaq́; muſcoſi pumicis antra petit:
Inuiſit dum Roma frequens, dum magnus Iulus:
Num tibi felices inuidet Hermus aquas?

FINIS.

EMANVELE

LOCA QVAEDAM POST editionem emendata, ſic leges:

Pag. 5. uerſ. ult. Exultat nauta, 124. 7. Ipſe tuam ueneranda manũ Ead. 10. madet dum terra pruinis 220. 19. Integit, & uirtus præmia digna parat . 364. 8. Mopſus: 393. ult. toto Reliqua æquus ac diligens lector facilè obſeruabit.

F POEMA-

POEMATVM BASILII Zanchij Catalogus.

LIBRI I.

De horto Sophiæ liber prior, ad Petrum Bembum Cardinalem. Pag. 5
Poſterior. 25

LIBRI II.

Alethes, ſiue Abrahamus. 44
Hymnus in Deum. 51
In natalem Chriſti hymnus. 54
In Baptiſma Chriſti hymnus. 59
Virginis matris lachrymæ in Chriſtum è cruce pendentem. 63
In depoſitionem Chriſti è cruce. 67
Lachrymæ uirginis matris in Chriſtum è cruce depoſitum. 69
De extremo iudicio. 75
Conuiuium cœleſte. 82

LIBRI III.

In Chriſtum hymnus. 87
In Chriſtum. 94
In reſurrectionem Chriſti. 96
In aſcenſionem Chriſti hymnus. 99
In uirginem matrem hymnus. 104
Somnium. 107
Diuis uotum. 112
Ad barbiton. ead.
De gaudijs cœlitum hymnus. 113
De ijſdem. 118

In nata-

In natalem Chriſti. 121 In eundem. 122
Virgini matri ſacrum. ead.& 123
Ad uirginem matrem. 124
In imaginem diui Pauli apoſtoli. 125
Diuo Andreæ apoſtolo ſacrum. ead.
In imaginem diui Ioannis Chryſoſtomi. 126

LIBRI IIII.

Panos & Aegis Epithalamium. 127
Hier. Quirini & Iſabellæ Georgiæ Epith. 133
Leo X. Pont. Max. 138
Carolus V. Imp. 142
Defectio ſolis. 145
Nænia in Iulium Cæſarem Gryphonem & Ioannem Cottam. 152
Nænia in Act. Sincerũ Sannazarium. 159

LIBRI V.

Ecloga 1. Meliſæus, ſiue Ioan. Iouianus Pontanus. 164
Ecl. 2. Myrtilus, ſiue Andreas Naugerius. 169
Ecl. 3. Damon ſiue Baltazar Caſtalio. 174
Ecl. 4. Alcon, ſiue Laurentius Gambara. 178
Eclog. 5. Phyllis. 182

LIBRI VI.

In Gabrielem Altilium. 185
In Lycinnam, ad Act. Sincerũ Sannazariũ. 188
In diſceſſum Lycinnæ. 191
Ver. 193
Aeſtas. 195
Autumnus. 198

Conuerſio ſui in fontem. 201
Lucilla. 205
De Narno & Heſterie. 207
De Lyde & Deiphobo. 211
Nænia in Mich. Marullum Tarchaniotã. 213
In claſſem Turcarum regis. 214

LIBRI VII.

In Eliſam. 215
In Rhodon. 216
In Clytien. ead.
In Leonem X. Pont. Max. 217.
In Paulum III. Pont. Max. 218
In Iulium III. Pont. Max. 219
Ad Carpum Card. Rodulſum Pium. ead.
In agellum Rodulfi Pij Carpi Card. 220
In Bernardinum Maſæum Card. ead.
In Loiſium Cornelium Card. 221
In Michaelem Angelum Bonarotium. ead.
In Senatorem Rom. 222
In Gentilem Delphinum. ead. & 223
In Romam, & C. Iulium Cæſarem. ead.
In M. T. Ciceronem. ead.
In P. Virgilium Maronem. 224
In citharam Virgilij. ead.
In thermas Neronianas. 225
In Ioannem Iouianum Pontanum. ead.
Tumulus Gabrielis Altilij. 225
Tumulus Actij Sinceri Sannazarij. 226
Tumulus Andreæ Naugerij. ead.
In M. Antonium Flaminium. 227

In M.

In M.Hieronymum Vidam. ead.
In Hieronymum Fracaſtorium. 228
Ad Laurentium Gambaram. 229
In Hier. & Ioan. Baptiſtam Amaltheos. 230
In Franciſcum Stellam. 231
In Hippolytum Saluianum. ead.
In Lydium infantem. 232
Tumulus Marci Columnæ. ead.
Tumulus Syluij. ead.
In exteras gentes. 233
In Capellam. ead.
In Amyntam. 234
In Ioan. Baptiſtam Samſonem. ead.
In Ioan. Thomam Cimellum. 235
Viſum. 236
Ad Ioan. Chryſoſtomum fratrem. 239
Ad Bernardum Taſſum. ead.
Acon. 240

LIBRI VIII.

De gaudijs cœlitum. 241
De laudibus diuinis. 245
In uineam Dominicam. 249
In natalem Chriſti. 251
Dolores uirginis matris. ead.
Hymnus in Chriſtum. 256
Ad Chriſtum. 259. 264. 266. 279
Phœnix. 260
De diuorum fœlicitate. 265
Chriſto ſacrum. ead.
In diuinum amorem. 267

Mœris. ead.
Cœleſtis chorea. 274
Spiritui ſancto donum: 278

APPENDIX.

Ioan. Cottæ Veronenſis, falſò Andreæ Naugerio aſcriptum. 280
Gabrielis Altilij Epithalamion. 281
Eiuſdem ad Act. Sinc. & M. Ant. fratres. 2[illegible]1.
Incerti autoris in Gabrielem Altilium. ead.
Incerti autoris in Marium puerum. 294
Andreæ Naugerij. ead.
Hier. Amalthei in Hermetem Stampam. ead.
Gabrielis Altilij in Chriſtum ſepultum. 295
Georgij Corteſij Card. Hymnus in uirginem matrem. 296

LAVRENTII GAMBARAE
Poematum Catalogus.

LIBRI I.

Nautica, Ecloga prima, ad Iulium III. Pont. Max. Chorinæus. 301
Triton, ad Baſilium Zanchium. 310
Damaſtor, ſiue Pet. Cannicer Aragonius. 516
Sacrificium. 321
Ad Franciſ. Robuſterum Tarraconenſem. 324
Telon. 330
Leucon. 333
Aegle:
Prognoſtica. 3-
Ad Iuliũ III. Pont. Max. Tarchon. 348

LIB

Ecloga venatica, Theron, ſiue illuſtriſs. Balduinus Montius. 353
Daphnis, ſiue Baſilius Zanchius. 363
Mopſus, in Pet. Can. Aragoniũ. 364
De Venere & Anchiſe, ad illuſtriſs. Cæſarẽ Comitẽ, Ioan. Franciſci Gãbaræ Comitis F. 368
C[illegible]on. 375
Pitys. 379
De Xanthippo & Leuconoe. 383
Leucothoe, ſiue Liuia, M. Ant. Columnæ F. Ad Petrum Cannicerum, &c. 388

LIBRI III.

Gigantomachia, ad illuſtriſs. Nicolaum Madrucium. 393
In fontem Iulij III. Pont. Max. 416. & 448
Iulio III. Pont. Max. ſacrum. 420
Ad Petrum Cannicerum, &c. 422. & 439
Ad Ioſephum Salandium, Selemnus. 426
Ad Iulium Cannanium, Papauer. 431
Ad eundem, Stimicon. 435
In obitum M. Hieronymi Anglerij. 443

F I N I S.

BASILEAE, ANNO SALVtis humanæ M. D. LV. Menſe Februario.

LEGATORIA S. BENEDETTO
CITERNA
Digitized by Google